So. consil. 70. col. 1. uo. 1. In rub. C. de inst. &  
sub. & in rub. ff. de iust. & iure, in fi. post Mar-  
tinum Laudensem, qui hoc reputat singulare.  
Andreas Sicul. consil. 15. col. 1. vol. 1. consil. 63.  
col. 1. vol. 4. Alex. consil. 13. vol. 7. Veronẽ. consil.  
75. vers. item pro hoc, causarum criminalium.  
Dec. in c. consiluit. 3. not. 2. de app. & in c. 1.  
col. 13. ver. cõfirmatur hoc, de prob. Marf. cõf.  
101. col. pe. Roccus in c. fi. q. 15. de consue. Ti-  
raquel. in tract. primige. q. 66. n. 4. Rol. à Valle  
consil. 26. nu. 26. vol. 3. Didac. Couuar. variar. re-  
solu. lib. 3. cap. 3. nu. 9.

Secundò comprobatur per I. iudei. C. de iu-  
deis, quam summam Bartolus dicit, quòd  
iudei habent ea, quæ sunt ciuiũ Romanorũ, Sa-  
lycetus uerò, quòd cã iudeorũ secundũ iura nra  
est agitãda, pbatq; textus ille dicẽs, electis per  
eos arbitris, eorũ iudiciũ subire iure publico  
non

ad presentia tantum.

Item omnium bon. presentium & futurorum reser-  
uata certa quantitate uel re puta secusis. 200.  
uel fructibus. 77.

Vel reseruato usufructu. 80.

Licet aliqui contra. 79.

78 Donatio facta de omnibus & singulis legatis casu,  
quo contingat ea reuocari ualeat.

81 Intellectus. l. pactum. C. de pact.

82 Votum captanda mortis reprobatur.

83 Vxor viro Iudeo per viam donationis succedere po-  
test. secundum legem Mosaycam.

Quo tamen ad summam & modum recurri debes  
ad ius commune uel in casu omisso per dictam  
legem. 84.

85 Donatarius presumitur absens fuisse, si de presen-  
tia non dicitur in instrumento. 86.

Et requiritur acceptatio alias non ualeat. 87.

Et de ratione. 88.

89 Donatio ultra 500. aureos insinuatione requirit.  
Etiam si dicatur eos fieri donationes, quot summa  
sunt. 400. aut 500. aureorum. 90.

Et si fuerit facta sub conditione non respiciente  
commodum donatoris. 91.

92 Insinuari non potest donatio post mortem dona-  
toris.

Et de ratione.

Nec per hæredem donatoris. 93.

94 Repugnancia uisitas testamentum.

95 Nullitas remota non censetur remota nullitas, qua  
habet in se contrarietatem.

95 Exceptione remota non censetur sublata exceptio  
repugnancia.

96 Contrarietas uisitas circa substantialia & acciden-  
talia quoque.

97 Terminus pro testibus examinandis apud Turcas  
num concedendus.

97 Testium remissio concedi non debes in causa graui.  
sed ad iudicem venire debent.

Fallit ubi testes sunt de alia iurisdictione. 101.

Et exemplo probatur. 102.

98 Intellectus. S. illud in auth. ut defuncti. seu sumera.  
104. 105.

99 Terminus probatorius ultra mare nouem men-  
sium esse debet.

99 Meta quando prefigitur iurisdictioni, nunquid di-  
latio possit eam excedere.

Quidam quod non, sed plures contra. 108.

Quos declarat auctor. 109.

100 Probationum facultas angustiari non debet.

103 Testes inuitti de alia prouincia non sunt euo-  
candi.

106 Argumentum de personis ad locum ualeat.

107 Lex continens actus iam concessi extensionem non  
refringitur.

110 Ratio ubi est eadem non dicitur extensio, sed com-  
prehensio.

De quo textus pulcherrimus & de iure melior al-  
legatur.

non uententur, quam literam dicit esse ueram  
Berous, consil. 28. numero 76. uolum. 3. & ita  
meus textus habet, & in pandectis reperitur.  
vult enim tex. ille, non esse differentiam, nun-  
quid causa iudeorum cognoscatur coram iu-  
dicibus uel arbitris. Quin utroque casu iure cõi-

5 Romanorum vtunt, vt concludit Berous hinc  
Ang. in l. 1. ff. ad l. Iul. maieft. post Bar. determi-  
nat quæstionem ab eo non decidam, quòd secu-  
ritas concessa mercatoribus sociis p[er]it iudæo.  
idẽq; tradit Ang. in l. vrimur. ff. de sepul. vi. re-  
ferens ita fuisse iudicatum Perusii, sequit Fel.  
in d. c. iudæi, co. 2. & in c. ego. N. n. 9. de iureiu.

6 And. sic. latẽ conf. 63. vol. 4. & quòd iudæus  
ad ecclesiam confugiens absq; simulatione gau-  
det immunitate sicut Christianus, vt tradit gl.  
notab. in c. inter alia. ver. extrahendus. ubi pari-  
ter Hof. Vincent. Ioa. And. Butr. & Card. Flor.  
q. 1. de immu. eccl. Guil. Laud. & Imol. in clem.  
1. de ponit. & remiss. Ioa. Fantu. & Archi. in c.  
diffiniuit. 17. q. 4. Felin. in c. iudæi. 1. de iude.  
Marfil. in l. 1. n. 114. C. de rap. virg. Tiraq. in d.  
q. 66. n. 8. licet quosdam numero pauciores in  
contrarium citet ¶ pariq; modo videmus lice-  
re iudæis contrahere cum Christianis. l. nemo.  
C. de iude. & e contra, prout tenet Cald. con. 3.  
de loca. latius Ale. de Neuo conf. 96. & Beneu-  
nutus Stracca in tract. de asscuracionibus. gl. 3.  
col. 1. quæ denotant iudæos legibus Romano-  
rum viuere.

7 ¶ Tertio suadet hæc conclusio doctrina Gem-  
iniani in c. 1. §. ff. de vsur. in 6. ubi concludit,  
quòd in materia proportionabili Christianis  
& iudæis, leges ciuiles sunt communes vtrifq;  
sequit Ioa. de Ana. in c. sup. hunc. 1. de iudæis  
Paul. de Eleaza. & Imol. in clem. 1. eo. tit. Laur.  
Rodul. in c. consuluit. ver. 146. de vsur. Roma.  
conf. 155. in fi. Ale. conf. 3. in causa & lite. conf.  
71. & conf. 171. examinatis. vol. 2. Barba. conf.  
63. vol. 4. Soc. conf. 62. & conf. 70. vol. 1. Castr.  
conf. 23. vol. 2. dum causas iudæorum quorun-  
dam definitionibus iuris communis & statuto  
rum locorum, in qbus commorabant, definiunt.

8 ¶ Quod & illi declarant, dicentes iudæũ q; Chri-  
stianã uel aliã alterius religionis compresserit,  
non esse morte puniendum secundum legẽ mo-  
saycam, de qua Numeri 25. & i c. nos si incõpe-  
tenter. S. his ita respondet. 2. 2. q. 7. & in c. reos.  
23. q. 5. sed aliter arbitrio iudicis ex legib. vel  
statuto loci, sic. n. voluit Oldr. conf. fi. Alex. con-  
fi. 99. col. 2. vol. 6. conf. 13. vol. 7. Cor. conf. 114  
col. fi. vol. 1. Barb. conf. 63. vol. 4. Soc. conf. 62.  
vol. 1. Dec. in c. 1. col. 7. ver. & aliàs dubitarum,  
de const. lect. 1. & in c. consuluit. 1. de app. Mar-  
10 conf. 101. col. 5. Boer. deci. 316. col. 3. & hinc

Dec. in c. 1. nu. 25. de prob. concludit, textum  
in clem. 1. S. ceterum. de vsur. quo cauetur, foe-  
neratores teneri edere codices suos, pariter in  
iudæis habere locum, quin talis editio librorum  
sic eis conuenit vt Christianis, quod plenius at  
11 tingunt docto. in l. 1. C. de eden. ¶ Sicut econ-

tra dixerunt Alex. conf. 6. vol. 6. Aret. conf. 157.  
copiosẽ. Soc. conf. 70. vol. 1. conf. 129. vol. 4. Al-  
cia. lib. 1. de ver. si. col. 21. Nat. conf. 621. col. 1.  
p[er] textum. in c. quanquã. de vsur. in 6. quo fiunt  
irrita testamenta sceneratorum non p[er]stita ido-  
nea cautione de restituendis vsuris, nulla ex  
parte iudæos afficere; quin illius constitutionis  
verba iudæis non conueniunt, qbus de eccle-  
siastica sepultura deneganda, q ad iudæos nihil  
attinet tractatur, deinde quæta iudæi exempti ui-  
dentur à legibus ecclesiasticis, cum sint extra ec-  
clesiã c. gaudemus. de diuor. c. omnis Christianus.  
11 q. 3. c. multi. 2. q. 1. vnde cum materia  
non sit p[ro]portionalis ad iudæos sicut ad Chri-  
stianos, non vindicatur sibi locum ille textus in  
iudæis, at actus testandi & uxorem instituendi  
conuenit marito iudæo sicut orthodoxo, merito  
leges ciuiles dent in vtroq; locũ sibi vindicare.  
12 ¶ Quarto, specialius de successione iudæorũ  
loquendo, sunt q dicunt in ea sequendum fore  
ius commune Romanorum non aut legem mo-  
saycam, sic. n. nuncupatim voluit Imol. consil. 1.  
ad fi. Ful. & Cuma. quos allegat & sequit Corn.  
in l. maximum vitium. in fi. C. de lib. p[re]t. con.  
210. col. pe. vol. 1. conf. 115. col. 2. vol. 2. Alex.  
conf. 99. col. 1. vol. 6. conf. 13. vol. 7. Geor. Nat-  
ta in c. quamuis. q. 23. de pac. in 6. Soc. con. 62.  
vol. 1. Rui. conf. 159. nu. 13. uol. 5. Guil. Bened.  
in c. Raynutius. uer. duas habens. n. 139. de te-  
sta. Marf. consil. 101. col. fi. Ioa. de Ana. in c. iudæi  
2. de iude. ubi citat inter cetera textum. in S. 1.  
in auct. de q[ui]store. ibi. Ciuitas nostra populosa  
13 turbis diuersorum hominum, & ex quo colligitur  
populares ciuitatis dici extraneos, & aduenas  
illic commorantes, ut etiam notat illum tex-  
tum Bal. in l. 3. S. hæc uerba in fi. ff. de neg. ges.  
& in c. 1. S. dominus, de form. fidel. sicut magis  
in specie D. meus Rim. conf. 295. nu. 9. iudæos  
appellat homines terrę suę ciuitatis ubi degit  
ad instar, uasalli, qui propter seruitia, quibus est  
obligatus Domino, & propter ius quod habet  
Dominus in eum, dicitur homo ipsius Domini  
secundum Spec. de feud. S. 1. uerf. aliud uerò,  
quibus arguitur, ut iudæi legibus ciuitatis, qui  
bus & ciues regi debeant. Et cum prædictis la-  
tẽ quoque tenet Bero. consil. 28. nume. 13. uo-  
lum. 3. existimans esse ueriores & magis com-  
14 munem sententiam, ¶ quòd in successioni-  
bus ex testamento seruanda sit inter hebræos  
lex ciuilis & communis, non autem Mosayca  
& ad eam ponderat plures, & pluribus mouet-  
tur, & in primis Castrensem consil. 378. ad pri-  
mum uidetur, uolum. 2. ubi uoluit, quòd in te-  
stamento iudæorum seruari debeant solenni-  
tates à iure ciuili requisitæ, secundum quòd ha-  
betur in l. fina. C. de codic. in fine, cum ipsi de-  
beant secundum ius commune Romanorum ui-  
uere, & ideo concludit, ualuisse dispositionem  
in hebraismo factam coram duobus testibus:  
quia fuerat expresse in testamẽto solenni con-  
firmata, sentiens esse secus ea non confirmata,  
quia

- quia debuisset attendi ius commune, secundum quod testis fuerat conditum, non lex moysaica secundum quam dicta dispositio fuerat facta.
- 15 † Sed & eundem Castris ponderat Berous in 2. dubio, quatenus vult, quod dispositio posterior hebraica vocans filios & filias inequaliter non valeat, nec attendi debet, quoniam in priori dispositione facta secundum ritum Christianorum posita fuerat clausula derogatoria, nec in posteriore hebraica fuerat illi clausula derogata, quod stante standum erat priori dispositioni. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. l. si quis in princ. ff. de leg. 3. & utrobique notatur. vult ergo Castr. feruari ius civile Romanorum non Moysaicum
- 16 in testamentis hebraeorum. † Secundum ponderat Berous Socinum. conf. 70. col. 2. vol. 1. vbi firmat. testandi ius esse de iure Romanorum. l. 1. verbo nostra. ff. de testa. inst. eo. in prin. Glo. in c. ius quiritum. 1. dist. & iudei sicut & Christiani pariter vtuntur iure Romanorum, secundum illam gl. igitur sicut Christiani testari possunt, quoniam edictum de testamentis est prohibitorium. l. si quaramus. ff. de testa. & per totum C. qui testa. fac. poss. merito cum iudei non reperiantur prohibiti testari, debet eis esse permissum, secundum quod Christianis conceditur de iure communi.
- 17 † Adducit insuper Berous Alexandrum con. 71. vo. 2. volentem, quod iura loquentia de suite, substitutione fideicommissaria & compendiosa locum habeant in testamento iudei. sicut & Calderinus. conf. 1. non impresso, qui voluit testum, in quo pater iudeus filium praeritit, qui de iure communi debebat institui vel exheredari. l. inter cetera. ff. de li. & post. inst. de exher. liber. in prin. nullum esse, quibus colligitur in successione testamentaria inter hebraeos feruari debere iura civilia non autem legem moysaica.
- 18 † Quinto confirmatur haec opinio. ratione, quae Berous facit in allegato suo conf. 28. vo. 3. n. 37. Nam si verum esset, quod in testamentis hebraeorum feruari debet lex moysaica, sequeretur quod hebraei testari possent coram duobus vel tribus testibus secundum ius diuinum. c. cum esset & c. relatu. de testa. c. in omni, de testibus. quibus cauetur, quod in ore duorum vel trium stat oportet verbum, idque factetur Alex. con. 6. vo. 6. at illud est falsum, & absurdum dictum, merito feruari debet ius civile non lex Moysis. Probatur assumptum. Nam si fuerit Imperator institutus in testamento non solenni, non valet testum, nec ex illo potest hereditas adiri. l. ex imperfecto. C. de test. quae debet hunc locum pariter in testamento iudei, ne melioris conditionis sit Christiano. arg. l. na & Seruius ff. quod ui aut cla. c. legi epistola. 16. q. 1. Arch. in c. vsque 33. dist. igitur patet in testamento iudei ius civile considerari debere, non legem moysaica.
- 19 † Sexto ponderat Berous tex. in l. fin. C. de testa. vbi dicitur, omnibus ciuitatibus & castris vbi Romanae subiectis, in quibus leges imperiales sunt manifestae, testamentum fieri debere cum plena legum & constitutionum imperialium

solennitate, & licet ille textus in indiuiduo non loquatur de iudeis, tamen ex quo loquitur generaliter & per verba vniuersalia, loquendo de omnibus ciuitatibus & castris, satis comprehendit si dicuntur specialiter & expresse iudei in eis commorantes, quauis non indiuidue. Nam satis est, quod lex comprehendat expresse & specialiter, non autem requiritur, quod indiuidue complectatur, ut colligitur ex not. per Aret. & alios in c. 1. de de refr. propterea concludit Berous ex d. l. fin. testum iudei factum Bononiae, velut in ciuitate subiecta Romanae, debuisset fieri cum solennitate & prouisione, de quibus est cautum per leges imperiales & civiles. † ergo pariter in casu nostro dici potest istud D. Samuelis factum Ferrariae, loco pariter ab Ecclesia Romana recognito, secundum Gl. in auc. vt eccle. Rom. Card. con. 2. Ful. in l. quid sit iugitius. §. idem Celsus. ff. de edil. edi. Bar. in l. 1. n. 4. ff. de off. praeb. vrb. But. & Abb. in c. cum effes. de testa. Cor. conf. 261. in fi. vol. 4. Port. Imol. de testa. 12. n. 16. conf. 167. n. 33. potuisse fieri secundum quod iura communia disponunt, uxorem per maritum heredem fieri posse.

21 † Septimo ponderat Berous quod Bononiae fuerit consuetum communiter inter hebraeos in testamento feruari ius commune Romanorum quod ad solennitatem & alia, non autem legem moysaica, vt ex pluribus testamentis constare poterat, per quam consuetudinem poterat dici derogatum legi moysaicae, vt ad propositum voluit Aret. conf. 158. in 3. dubio. per Bal. in rub. ff. de iust. & iur. Ang. in 1. conf. cod. & per Imol. in rub. ff. de oper. no. nunc. vbi Doctores volunt, notarios Christianos posse conficere testamentum inter hebraeos, & tunc obseruare debere formam & solennitatem, quae requiritur in testamentis Christianorum, quo fit hic idem dici posse, cum sic notarii consueuerint facere, qui de testamentis hebraeorum rogantur. Igitur & ipsi testatores hebraei tali consuetudini inherentes feruandi leges communes in testamentis hebraeorum debent posse suas uxores in testamentis suis instituere.

22 † Octauo, praeter alios hanc opinio corroboro. Nam testandi libertas hominibus de iure gentium & naturali competit. l. nec enim, §. de portati. ff. de test. mil. l. milites C. eo. quibus probatur, militem iure gentium sine solennitatibus iuris civilis testantem posse etiam de portatum liberè instituere heredem, & ad idem facit ratio naturalis, quae dicta, cuiuslibet esse licitum liberè de propriis rebus disponere. §. disponat. in auct. de nupt. l. verbis legis. ff. de verborum significatione.

23 † & quod testandi libertas sit iuribus gentium & naturalis, afferunt Teophil. in §. ius autem civile. instit. de iure nat. Bartol. in l. inter dum. ff. de conditio. indeb. nume. septimo, vbi Ias. nume. 4. communem testatur Roman. Fulgo. & Ias. in l. si testamentum. C. de testam. Ias. in rub. ff. de acquir. haered. Viglius in §. sed

§. sed praedicta. inst. de testa. nume. 4. Fortun. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & Couarru. variarum resolu. lib. 3. c. 6. sub nu. 5. merito debebat hebraeus innites dictae libertati posse suam uxorem haeredem instituere, & hoc est, quod tantisper exclamauit Constantinus in l. 1. C. de sacr. sanc. eccles. dicens. Nihil esse, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremae voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stilus, & licitum quod iterum non redit arbitrium. & longè prius Papi-nianus in l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro soc. dicens. & ideo nec libertatem de supremis iudiciis constringere quis poterit. sicut & imperatores alii in l. pactum. C. de pact. ibi. Nec libertatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. Et vt etiam non preteream, quod inquit Alciat. respon. 123. postquam firmavit in occurrenti suo casu, legem civilem seruanda esse et inter hebraeos, per d. l. iudei. subdit se non mouere, quod Calderinus dicit, quod immo inter iudeos seruanda sit lex moysaica. conf. 30. de test. quoniam omnino talis opinio est contra textum in d. l. iudei. quem Calderinus non interpretatur sed peruertit, vt merito Modernus apostillator ad Alexandrum con. 6. vol. 6. dixerit, hanc opinio. non esse veram, nisi in his, in quibus inter eos à superiore loci toleratur duntaxat.

24 † Licet tamen haec fundamenta plura sint & longe subtiliter excogitata, nihilominus in contrariam partem descendendo praemittendo duo. Primum, quod supponitur in casu nostro, lege moysaica specificè caueri, statibus filiis hebraei sibi non licere uxorem suam instituere nec in totum nec in parte. Alterum, quod iste casus non reperitur de iure communi, sed generaliter in personis hebraeorum, videlicet, quod possint uxores suas instituere, sed generaliter tamen non ideo. C. de

25 haer. inst. † His ita statibus sequitur & cõis & clara conclusio, quod inter hebraeos vbi casus reperitur decisus in personis eorum per legem suam, nec de iure communi reperitur in eorum personis specificè decisum contrarium sed generaliter tamen, seruatur lex sua moysaica in decidendo tali casu inter eos vertente, tanquam suum ius speciale, quod derogat iuri communi tanquam generali c. ge-

26 neri. de reg. iur. in 6. † hanc conclusionem firmat in primis Cald. conf. 10. de const. vbi dicit quod lex moysaica & iudaica est specialis iudeorum, ergo inter eos derogat legi generali & communi sicut species generi. l. in toto. ff. de reg. iur. Hinc est, quod vt scribitur in Euangelio iudei de diuersis legibus loquentes dicebant Pilato. Legem habemus, & secundum legem debet mori. quare si dicerent, lex nostra debet feruari nobis & inter hebraeos. † idem de consuetudine loquens tradit Cald. conf. 2. de consue. dicens, quod consuetudo, quae habet, quod inter hebraeos Periti legis Abrahamae habeant potestatem scribendi testamenta, & taliter scriptis adhibeatur plena fides, valet, & est standum est. l. 2. C. quae sit long.

consue. non alia ratione, nisi quia sic inter ipsos hebraeos reperitur specificè decisum per legem suam, nec expresse reperitur secus cautum de iure communi inter ipsos hebraeos. † sed tantum generaliter, quod scriptura priuata nullo admiculo suffulta neque plenam neque femplenam probationem faciat sed aliqualem tantum praesumptionem, vt tenent Bar. Ful. Cast. Alex. & Ias. post alios allegatos per eum. in l. admonet. di. nu. 89. ff. de iur. iuran. † idem fufius voluit ipse Cald. conf. 30. de testa. dicens, quod si iudeus reliquit filios & filias ab intestato decedens, soli masculi succedunt exclusis feminis ex lege moysaica, quam Dominus sanctam & perpetuam esse voluit, vt habetur Numeri c. 27. vnde cum lex illa fuerit data iudeis, & Ecclesia, Summus Pont. & Imperator eos toleret, vt inter se suam legem seruent, merito secundum illam debent succedere.

Quod etiam confirmat Cald. ex l. iudeos, in fi. C. de iudeis. ibi. amissuri haecenus permissa, si ab illicitis non abstineant. Nam ex illo textu datur intelligi, quod lex sua inter eos feruari debet, nisi in his quae sunt eis prohibita. Itè lex moysaica specialis est iudeorum, igitur inter eos derogat legi generali & communi, quae mares & feminas pariter admittit ab intestato. l. maximum vitium. C. de lib. praer. sicut species derogat generi. c. generi. de reg. iur. in 6. † & licet Berous in allegato. conf. 28. toleret hoc in successione ab intestato, sed in testamentaria nequaquam, per d. legem fin. C. de testa. per quam dicit in successione ex testamento specialiter & expresse reperiri derogatorem cuiusque legi & consuetudini contrariae, & sic etiam iudeorum.

31 † Tamen idem iuris esse censeo in successione ex testamento quod & ab intestato, per rationes Calderini in d. conf. 30. quae pariter habent locum in successione ex testamento sicut ab intestato, quod ut signanter arguit & renet Rui. conf. 4. col. 2. vol. 2. dicens per hoc, quod si per legem uel consuetudinem iudeorum testamentum non valet scriptum lingua latina sed hebraica tamen, detur inter eos dicta lex vel consuetudo feruari, veluti specialis quae

32 derogat generali. † Sed & praeter Ruinam confunditur allegata differentia Berou inter successione ex testamento & ab intestato per doctrinam Pauli de monte Pico. in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nubere. num. 62. in fi. ff. de leg. secundum, ubi disputans illum articulum, nunquid si iudeus filios instituat, uxorem uero relinquat dominam, massariam & usufructuariam, tale legatum restringatur ad alimenta secundum consuetudinem Bulgari, de qua late per eum post Bartol. & ceteros, concludit, quod si causa est inter hebraeos uelut inter filios & uxorem iudeam, & extat aliqua consuetudo, uel lex specialis inter hebraeos, illa seruanda est uel est recurrendum ad legem Moysaica, & secundum illam debet interpretari uolunt.

ras testatoris hebræi, his autem cessantibus recurritur ad consuetudinem Bulgari. Patet ergo, quod in successione ex testamento vult Picus legem hebræorum specialem prævalere consuetudini Bulgari generali:

33 † Tertio confirmatur egregiè per D. meum Rimi. conf. 186. vbi facta substitutione per hebræum, si filius decesserit sine liberis, an alii successerint non solum masculi sed etiam femina succedant velut vocatæ, dicit, quod sicut in successione ab intestato iudæi tenentur seruare legem mosaycam, secundum quam stantibus masculis femina non succedunt, ut habetur Numeri c. 27. veluti propriam eorum legem, non autem ius commune, quia per speciem derogatur generi. l. vxorem §. Felicissimo. ff. de leg. 3. & ita tenet Calder. in allegato conf. 30. de test. ita pariter hebræus ille testator, vbi filius suus decesserit sine liberis substituendo alios, videtur substituissse masculos & non feminas, sicut ab intestato masculi per legem mosaycam erant successuri.

Nec obstat (inquit D. meus Rimi.) quod lex mosayca loquatur ab intestato, nos autem sumus in causa testati; quoniam respondet, quod cum voluntas testatoris in huiusmodi successione attendatur. l. in conditionibus primorum locum. ff. de cond. & dem. coniectura summitur ex eo, quod masculi essent ab intestato successuri ex forma legis mosaycæ, voluisse testatorem idem seruari in successione ex testamento. iux. not. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. & per tex. in l. 1. ff. de bon. poss. contra tab. vbi de causa intestati arguitur ad causam testati, quare patet allegatam differentiam Beroi prosterini, & ad l. fin. C. de testa. infra respondebitur.

34 † vt interim redditum faciamus ad conclusionem Calderini in memoratis suis consiliis, quæ sequitur Alex. in l. 1. n. 32. ff. si cer. pet. c. 6. col. 2. vol. 6. Iaf. in l. qui se patris. nu. 24. C. vn. de lib. Fely. in d. c. iudæi. col. 2. vbi citat Florianum in d. l. maximum vitium. dicentem se ita aliàs consuluisse cum Ancharano. Fulg. & Gaspar de Calder. in hæreditate cuiusdam iudæi valoris 30. milium ducatorum, idemque tenet Anto. Franc. in addi. Abbatis in c. 1. de cõsti. in prima car. secundi lateris, & Ioan. Campeg. in tracta. dotis quæstione finali, qui refert ita seruatum fuisse Mantuæ in ardua quæstione facti, hancque dicit esse communem latè tenens eam Ferratis cautela. 24. longeque prolixius Brun. in tract. quod stant. masc. in 6. arti. princ. nu. 55. Corn. conf. 127. col. pen. conf. 210. col. pe. vol. 1. conf. 13. col. 4. conf. 115. col. 2. conf. 150. col. 2. conf. 172. col. 2. conf. 180. col. fi. vol. 2. conf. 123. col. 2. con. 323. col. 3. vol. 3. referens Salycetum in quodam suo consilio idem determinasse, cui se subscriperunt Franc. de Rampo. Gaspar de Cald. Io. de Fantucis & Ancharan. quibus addi potest And. Sic. conf. 15. col. 1. vo. 1. conf. 76. col. pe. vol. 3. Card. Alex. in c. de in-

fidelibus. not. 4. de consan. & affi. Goz. con. 24. n. 10. cum similibus à Tiraquello cumulatim in tract. primigeni. quæst. 66. n. 21. Natta con. 621. col. 2. Rui. in allegato conf. 4. col. 2. vol. 2. Picus in d. S. Ticia. n. 62. D. meus Rimi. in memorato conf. 186. Ioannes le cirier. in tract. de primo: 35 genitura. c. 16. primi libri latè loquens, † & Berous sibi contrarius conf. 2. vo. 2. vbi siue tractetur de contractibus, siue de successione, siue de consuetudine, dicit legem mosaycam inter hebræos seruandam esse velut eorum legem specialem, iuxta illud Ioannis c. 18. legem habemus & secundum legem nostram debet mori, & ibi. Tollite eum & secundum legem vram iudicate eum, quasi Pilatus interlocutus fuerit, quod inter ipsos hebræos non lex imperialis esset seruanda sed lex sua tanquam lex specialis per quæ generali derogatur. vnde concludit Berous, quod quoties inter hebræos daretur concursus legis mosaycæ & legis imperialis, legem mosaycæ tanquam specialem seruandam esse. Sicut. n. inter omnes homines prius seruari debent iura sua municipalia, quam iura cõmunia & imperialia: quia per legem municipalem in loco, seu inter certas personas iuri generali & cõi derogatur. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. §. ius at ciuile. inst. de iur. nat. Sic & inter ipsos iudæos prius erit seruanda lex mosayca vel eorum lex municipalis & particularis, deinde in his, in quibus lex mosayca non prouidet, seruari debet lex imperialis & cõmunis, debuit ergo Berous huius verè conclusionis per eum firmata memor esse, & non reuoluto mantello contrarium scribere, prout fecit in allegato conf. 28. vo. 3. quis non videt hæc opi. & numero & auctoritate Doctorum contrariam superare? certe nullus.

36 † Sed & præter rationes Calderini cõprobatur in c. lex imperatorum. 10. dist. vbi dicitur quod lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subius, ergo suaderi videtur, quod contra mandata diuina, sicque legem mosaycam leges imperiales non attendantur inter hebræos. secundò suadet per l. si qua. C. de inde. vbi casus est à contrario sensu, quod si inter ipsos iudæos sit contentio, à senioribus iudæorum debet iudicari, merito iura & consuetudines hebreorum debent attendi. & hæc iura deducit Campeg. in tract. dot. q. fi. Posset & alii quibusdam persuaderi hæc opi. quam prosequitur Tiraquell. in allegata quæstio. 66. sed ne sim prolixior, missa facio, & ad solutionem contrariorum descendo.

37 † Non obstat igitur primum, quod iudæi legibus & statutis loci subiiciuntur, & in actibus humanis nobiscum participant, nam procedit in non decisus in specie per eorum legem, sicque pariter secundum procedit de l. iudæi. C. de iud. vt Cald. tradit in d. conf. 30. de testa. Ioan. cirier. in d. q. 16. passimque ceteri. Nec ista dicitur esse peruersio illius text. vt reputat Alciatus supra relatus responsio 123. sed legalis inter-

38 interpretatio, † nam cum dicat Imperator, quod Iudæi in suis causis omnes Romanis legibus conferant & excipiant actiones, nec distinguat inter causas per eorum legem decidas vel non, sed indistinctè loquatur, consequens est vt distinguatur, quod procedat, quando lex mosayca cessat, secus autem quando subest. iux. tex. in auct. offeratur. C. de lit. cont. iuncta l. sciendum. ff. qui satis. cogan. & vtrubi que not. & in

39 l. de precio. ff. de public. in rem acti. † Confirmaturque manifesta ratione, nã verba legis generalia recipiunt interpretationem de habilitate, ne generaliter intelligendo inducatur alicuius legum correctio, quæ debet euitari. l. vnica. C. de inoffi. dot. vt declarant Bal. in l. fi. col. lum. 1. C. sine cens. vel reli. quem sequitur Iaf. in c. 1. in usib. feudo. nu. 49. Ruin. consi. 111. in prin. vol. 1. consi. 86. nu. 11. & consi. 150. nu. 3. volu. 3. conf. 161. nu. 35. vol. 5. D. meus Rimi. consi. 575. nu. 18. merito si lex mosayca specialiter vnũ determinet inter Iudeos, lex verò ciuilibus aliter statuatur generaliter loquens, consequens vt restringatur ad Christianos, ne generaliter eam intelligendo pariter inter Iudeos inducatur correctio legis Mosaycæ. vnde patet

40 quod congrua fuit responsio Doctorum data ad legem Iudei. quicquid dixerit Alciatus: † Quæ præterea corroboratur ex verbis Imperatoris dicentis, Iudei communi Romano iure viuentes, quæ verba demonstrant, quod in occurrenti casu non erat prouisum per legem Mosaycæ, merito bene subdit, quod Romanis legibus, id est, secundum Romanas leges conferant & excipiant actiones. Sed vbi per legem Mosaycam reperitur casus expressè decisus inter eos, non dicuntur communi iure Romanorum viuere sed lege Moyfis, ergo tali casu debet ille tex. cessare, sic à contrario sensu deductus. l. 1. cum ibi

41 not. & ibi dixi. ff. de offi. eius. † Secundò quoque responderi potest, vt per Campegium & Ioannem Cirier. locis memoratis, quod ille tex. loquitur circa ordinem iudiciorum, nam quod ad illud debet obseruari lex municipii ubi agitur, vel ius commune l. 1. C. de eman. lib. idque suadet illa verba textus. Adeant solenni more iudicia esset enim quàm absurdum, in causa Iudeorum vertente coram Potestate in modo procedendi alium ordinem seruari, quàm consuetum est.

42 † Simile videmus (licet illi non dicant) si clericus cum laico litiget, nam talis causa in procedendo regulabitur secundum statuta loci, puta circa libellum, cautionem, peremptionem instantiæ & id genus. vt voluit Calder. in disputa. incip. statuto cauetur. Inno. in c. fi. de fer. in illa q. an in seriis obseruandis debeat attendi consuetudo litigantium vel fori ubi agitur causa. Bart. in l. cunctos populos. C. de summa trinita. Gl. Abb. & alii in c. quod clericis, de foro comp. Steph. Aufrer. in tract. de pot. secul. reg. 2. col. fi. at nos tractamus de legibus p̄tinetibus ad decisionem causæ, vnde dicitur attēdi lex mosay

ca veluti particularis Iudeorum. Nihil verò facit tex. in allegata l. Iudei. circa fi. considerata per Beroum in allegato suo conf. 28. vol. 3. quia bene concedit Imperator Iudeis, vt possint apud Iudeos litigare & sic in arbitros suos eligere, si cut coram iudicibus Christianis cõparere, sed an tales arbitri determinare debeant causam secundum legem Mosaycæ vel cõem non aperit tex.

43 † Quod uerò dixit Ang. in l. 1. ff. ad leg. iuliam mares. de securitate concessa sociis mercatoribus, quæ prodest Iudeo, procedit ex eodè capite, quod in eo casu per legem Mosaycam nihil in hebreis cautum reperitur, vnde seruatur in eis mercatoribus quod in sociis suis Christianis, lataque sit interpretatio, quod illa securitas extendatur pariter ad Iudeos mercatores & socios, vt scribit Dec. consi. 51. & Benuentus Stracca in præfatione sui tracta. de assecurationibus, n. 61. Ratioque talis extensionis &

44 interpretationis latè potest adduci † quoniam mercatores urbibus necessarios & utiles esse constat, ex not. per Gl. in l. unica. C. de nundi. dicentē, quod habent magnum commodum, eo quod propter forum terra eorum impingatur, idēque firmat Alberic. in rub. C. de comer. & mercat. hinc Calistratus in l. semper. §. negociatores, ff. de iure immuni. eleganter scriptum reliquit, quod negociatores, qui annonam Urbis adiuant, immunitatem à muneribus publicis consequuntur, nam remuneranda eorum pericula, quin etiam cohortanda præmiis merito placuit, vt qui peregrè muneribus publicis cū periculo & labore fungerentur à domesticis vexationibus & sumptibus liberentur. Cum non sit alienum dicere etiam hos Reipublica causa dum annonæ Urbis seruiunt, abesse. Et populum Romanum id sensisse locus Ciceronis indicat in oratione p̄ lege Manilia, ait enim. Populum Romanum sepe mercatoribus ac nauicatoribus in

45 iuriis tractatis bella gessisse. † Rursus. Nulla Regio, Prouincia, ne dicam ciuitas sibi sola ad omnia sufficit, sed altera alterius ope & auxilio indiget, hæc enim frugibus, illa auro & argento, ceterisque metallis, aliisque rebus abundat, contra alia prædictis, vel horum quibusdã vacat. Quod bellissimè Virg. Geor. lib. 1. significauit.

India mittit Ebur, molles sua thura Sabæi  
Aut Calibes nudis ferrum, viro saque Pontus  
Castorea, Eliadum palmas, Epiros equarum  
Vnde Plinius victus cã mercaturã fuisse reptã dicebat. & summã prudētiã atque auctori tatis apud Græcos Plato in Dialogo 2. de republica. uel de iusto dicit. Cõstitueret ciuitatē in eo loco, in quo aduectionibus nõ indigeat, serè est impossibile, & mercatoribus. nos indigere præter quæ refert idē Stracca in tract. de mercat. 2. par. n. 16. Vn quo facilius alliciatur mercatores ad uehēdas varias merces ad ciuitatē, sit quæ securitas data sociis mercatoribus, porrigit ad hebreos mercatores socios Christianorum fauore publicè

46 utilitatis t̄ tantoque magis: quia fit extēſio de perſona ad perſonā, quæ cōprehēdi pōt aliquo modo ſub verbis & mente cōcedentis pp qualitatem ſibi inherentem. vt declarāt Arc. Ang. & Iaſ. not. 3. in l. Gallus. S. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſt. Pari. conf. 66. n. 67. vol. 3. Soc. iu. conf. 129. col. pen. vol. 3. dixi conf. 21. nu. 61.

47 t̄ Quibus nunc addo, quod ſcribit Crau. conf. 326. nu. 13. vbi dicit, extenſionem fieri de caſu proprio ad impropium propter regulam fundatam in ratione naturalis, q̄ qui ſentit commodum debet & incommodum ſentire l. ſi his legatum. & ibi Soc. 2. not. ff. de cond. & de. cum enim qualitas mercaturæ reperiatur in iudeis ſociis, propter quam Chriſtianiſ ſecuritas conceſſa fuit, & ex mercibus adductis ad ciuitatem Princeps commodum conſequatur, conſequēſ eſt, vt eadem ſecuritas intelligatur conceſſa iudeis habētibus eandem qualitatem, idēque commodum ciuitati ferentibus. & ita pulcherimē remanēt declarata doctrina Angeli in d. l. 1. ff. ad l. Iul. mai. & ſequacium qua ratione procedat.

48 t̄ Ad aliud de iudgo conſugiente ad eccleſiam, qui eius immunitate potitur, miſſis qui contradicunt relatis per Tiraqu. in allegata q. 66. nu. 8. dici poteſt, quod cum Exodi c. 21. ſue rit cautum. Si quis dedita opera occiderit proximum ſuum & per inſidias ab altari debeat euellī. Quod decretum Summus Pont. repiloga uit in c. 1. de homi. vtiq; quoties ceſſat lex moſayca, iudeus reus alicuius criminis conſugiēs ad eccleſiam tutus eſſe debet eius immunitate ſicut Chriſtianus, velut comprehenſus lege Pōtifficia omnibus communi. l. leges. C. de legib.

49 t̄ aut dici poteſt id totum ad æqualitatem demonſtrandam inter omnes conſtitutum. Sicut enim dies omnibus æqualiter naſcitur, & Sol ſuper omnes pari luce diffunditur, ita Chriſtus ſol & dies verus in eccleſia ſua lumen pari æqualitate largitur. c. ne quicquam, de conſecra. diſtin. 4. & quemadmodum multi radii ſolis ſunt ſed robur vnum tenaci radice fundatum, ſicut que de fonte vno Riui quamplurimi deſcunt, & numeroſitas licet diſuſa videatur exundantis copię largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine. Pariter & eccleſia Dei luce perſuſa per totum orbem radios ſuos porrigit, vnum tamē eſt quod vbiq; diffunditur c. loquitur. 24. q. 1. quæ omnia denotant eccleſiæ maximē æqualitatem in omnes conuenire, & ea plenius refert Roma. conf. ſiue ſermone, in calce ſuorum conſiliorum poſito. t̄ Vel & poſtremō in immenſam venerationem eccleſiæ ſancitum fuit. Vnde veteres Græci fabulis ſuis tradiderunt, Oreſtem, cum matrem occidiſſet, & a tribus furis inſeſtareur, in templum Apollinis conſugiſſe, nec ingredi auſus Eumenides, ſed expectaſſe dū exiret. Hinc Virgil.

*Encides 4. cecinit dicens  
Vlticeſq; ſedent in limine diræ.*

Quod exemplum refert Alcia. Parerg. lib. 7. c. 6. & ita declaratur exemplum prædictum.

51 t̄ Quod verō dicitur, licere iudeis contrahe re cum Chriſtianiſ, vt in ſuper firmat Rom. conſ. 489. & Oratius Mandofius in addit. ad eum roborat verius quàm quod hanc opi. debilitet. Nam cum contractus & commercia fuerint de iure gentium inuenta. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. S. ius autem gētium. inſt. de iure nat. quod eſt immutabile. S. ſed naturalia. eo. tit. iudei cōtrahēdo potius dicuntur niti lege ſua, que fuit tempore iuriſgentium, quàm iure ciuili Roma norum poſt introducto. & vbi ſeruatur leges ciuiles, circa modum cōtrahendi procedit: quia per legem ſuam non eſt aliter conſtitutū, quàm ſeruarent inter eos, ſi ſpecialiter prouideret.

52 t̄ Non obſtat etiam tertium fundamentū, quod in materia proportionabili Chriſtianiſ & Iudeis leges ciuiles ſint communes vtriq; . Nam verum eſt, niſi lege moſayca contrarium ſpecificē deciuſum ſit inter ipſos iudeos: tunc enim ſeruatur illa, non autem lex communis, vt patet in quaſtione Calderini. conf. 30. de teſta. Ruin. conf. 4. vol. 2. & Pici in d. S. Titia. numer. 62. quos ſupra deduxi. ſicque concludit Ferrat. caut. 24. colum. 3. vbi relato dicto fundamento ſubdit, tamen communis opinio videtur, vt primo loco dictum eſt, videlicet, quod ſi lege moſayca deciuſum reperiatur inter hebreos, illa ſeruatur, non autem lex ciuilis generalis, licet ſimul in materia proportionabili tā iudeis quàm Chriſtianiſ.

53 t̄ Ad illud verō de iudgo, qui Chriſtianiā compreſſerit non puniēdo ſecundum legem moſaycam poena mortis, ſed aliter arbitrio iudicis, multa dici poſſent, & plures caſus diſtingui, quos proſequitur Menochius de arbitra. iud. lib. 3. Centur. 3. caſu 290. poſt Boerium de ciſ. 316. Iulium Clarum lib. 5. ſententi. S. ſoſnatio. verſ. cum iudeis. Alexandrum. conf. 99. vol. 6. Andream Sicu. conf. 63. vol. 4. Alciatum ref. 458. & alios de quibus per eum & per Antonium Gabriliolum. libr. 7. de criminalibus concl. 21. qui nihil firmat. Sed qm̄ non eſt materia principalis in præſenti conſultatione, breuiter vniformis reſolutio fieri poteſt cum Alex. conf. 13. vol. 7. n. 19. poſt Imol. in c. ſi. col. 3. de conſue.

54 conſue. t̄ q̄ præcepta iudicialia veteris teſtamenti certā poenā imponētia pro delicto non obligāt, nec ſeruari dēt, niſi quatenus p̄ habētē poteſtate legis condēda poſt legē noui teſti fuerint approbata. Qd̄ ſuaderi v̄ in d. S. his ita. vbi legit, q̄ t̄pe veteris teſti Fines iudæū coeū tē cū Madianita iſterfecit, & reputat̄ eſt ei ad Iuſticiā, ſed hodie (ſubdit textus) hoc ſacerdotibus ī p̄niciē ſui vertereſ officiū. & ſic apparet, q̄ licēt ſc̄dm̄ t̄ps legis veteris p̄miſſum fuerit occidere iudēū coeū tē cū illa muliere, q̄ fuit d̄ genere Abraham. tū illud hodie nō p̄mitteret, & ſic in ſp̄e reſeſſum fuit à lege moſayca, & ad alias opiniones de uētū, quarū arbitraria viſa fuit p̄ babilior

babilior, vt eam quoque latē probauī in l. imperium. num. 47. ff. de iu. om. iud. at ſecus in caſu noſtro, meritō, debet illi locus eſſe: quia quod nō mutatur, ſtare debet. l. ſancimus. C. de teſta.

55 t̄ Minus me mouet aliud de clem. 1. S. ceterū. de uſur. qua locum habet in iudicis, vt tenent Abb. Imo. & Card. ibi. Bal. in l. 1. S. ratio nes. ad ff. de edē. Io. de Ana. in c. quod ſuper his. col. 1. de iude. Dec. Alc. Purp. Goz. q. cōmunem teſtantur in l. 1. C. de eden. Dec. in l. pactū C. de colla. nu. 13. t̄ Quoniam dicta conſuſio

56 particulari ratione munitur, quod vbi cunq; caſus nō reperitur deciuſus à lege moſayca, nec in ſpecie de iure communi in perſoniſ iudeo rum, talis caſus deciditur ſecundum diſpoſitionem iuris communis de aliis perſoniſ loquentis, iuxta illud quod aliā dicitur. Caſum prætermiſſum à ſtatuo remanere in diſpoſitione iuris communis l. commodiſſimē. ff. de libe. & poſt. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſol. matr. ita declarat Cald. conf. 10. de conſ. conf. 30. de teſt. Corn. conf. 180. col. ſi. vol. 2. Ferrat. cau. 24. co. 2. & Ioannes le crier. in tract. de primogeni. q. 16. libr. 1. n. 13. At lege moſayca non reperitur in ſpecie deciuſum, quod iudeus edere teneatur cum de uſuris agit, ergo debet includi ſub dicta clem. 1. S. ceterum. generaliter loquente, q̄ uſurarii teneantur edere. Nos autem ſupponimus in caſu noſtro, legem moſaycam extare de iudeis loquentem, quod ſtantibus filiis maritus vxorem non poſſit inſtituere, ergo ad generalem iuris communis contrariam non eſt recurrendum, ſecundum eundem Cald. & ſequaces ſupra commemoratos.

57 t̄ Ad quartum, quod fundatur in S. 1. in auct. de queſtor. reſpondetur, quod ille textus appellans extraneos populares, & ſic vult aduenas nomine populi contineri, loquitur in vrbe conſtantinopolitana, qua noua Roma dicitur, & eſt communis patria ſicut Roma vetus. vt declarat Bal. in rubr. C. qui accuſ. colum. ſina. verſ. ſed quæro, & Connanus in commenta. ſuis lib. 4. cap. 16. colum. 3. dicens, quod Conſtantinopolis & ipſa altera Roma eſt appellata, ſicque caſus eſt ſpecialis in illo textu. Quo ſit, vt ſecus dicendum ſit in alia ciuitate, quod iudēi forenſes appellatiōne popularium non contineantur. Lius ſingularē. l. quod verō. ff. de legib. & propterea nec eorum legibus regi, quando proprias & peculiareſ ſuas leges habent.

58 t̄ Nec quoque parum mouet conſideratio Beroi conf. 28. nume. 13. volum. 3. poſt Caſtr. conf. 378. volum. 2. quod cum dixerit valuiſſe diſpoſitionem in hebraico factam coram duobus teſtibus: quia confirmata fuerat in teſtamēto ſolenni, ſenſerit ſecus eſſe ea non confirmata; quia debuiffet attendi ius commune, nō autem lex moſayca, ſecundum quam fuerat facta diſpoſitio. Nā ſtat in oppoſitum doctrina Bar. in l. interdū. ff. de cond. inde. dicentis, q̄ ſe cū dū legē moſaycā & veteris teſtamenti p̄miſ

ſum erat teſtari cum ſolennitate iuriſgentium, ſequitur Ful. & Rom. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. & Alex. conf. 6. n. 4. vol. 6. & ideo fatiſ fuiſſe ſeruari legem moſaycā per hebręum teſtantē non aut ſeruari debuit per eum generalis iuris communis. Meritō patet, q̄ licet illa diſpoſitio hebraica facta coram duobus teſtibus non fuiſſet confirmata in teſtamento ſolenni, valuiſſet

59 inter hebręos facta t̄ Licet enim ſolennia teſtamentorum iuris Romani, vel alterius cuiuſque populi propria ſint, ipſe tamen uſus teſtandi antiquiſſimus eſt & omnium ferē gentium cōiſ, ut teſtatur Connan. in commentar. ſuis lib. 1. c. 5. col. 3. quod Bart. & ceteri mox allegati pariter voluerūt, Caſtr. in l. teſtādī. C. de teſta. Dec. conf. 357. n. 5. & cōſ. 403. n. 14. Brunus in trac. Quod ſtant. maſ. artic. 1. q. 3. Senatus Pedemō. decif. 100. n. 38. & ne deſit auctoritas in terminis contra Caſtreſem & Beroi, videatur queſo Nat. cōſ. 621. qui tenet expreſſe teſtū ab hebręo cōditum valere adhibito t̄m numero duorum vel triū teſtium t̄m. n. ſecundum legem moſaycam in ore duorum vel trium ſtet oē ver bū. c. 1. 2. q. 5. que verba intelligunt̄ et̄ de diſpoſitione teſtamentorū, prout habet in c. cū eſſes & in c. relatum. de teſt. & pp̄ illam vniuerſalem diſtinctionem oē, qua nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. ergo ſecundū illa legē moſaycā teſtū iudēi tenere debet coram duobus aut tribus teſtibus, citatque Natta pariter Alexandrum in allegato cōſ. 6. vol. 6. & aliis rationibus pulchre hanc conſuſionem cōfirmat. Denumq; taxat̄ in ſpecie Caſtreſem in memorato conf. 378. vol. 2. qui preſuppoſuit teſtū iudæi non valere, ſi non habet ſolēnitatem & numerum teſtium requiſitum de iure ciuili, motus illa regula generali, q̄ iudæi uiuere debent cōi iure Romanorum. l. iudæi. C. de iude. quā non procedit hoc inter iudeos ſolos, vbi lex moſayca ſtatuit contrarium, latiufq; Natta proſequitur, vt

61 per eum. t̄ Sed nec vrget, quod ſubdit idē Caſtreſis in 2. dubio, de clauſula derogatoria: quia de illa non erat inter hebręos cautum lege ſua, propterea ſeruandum erat ius cōe. Sic quoque procedit & eſt intelligendū Socinus in allegato conf. 70. vol. 1. de iure teſtandi ſeruando per iudæum more Romanorum ſicut per Chriſtianiſ, quando ſcilicet non eſt ſua lege particula

62 riter prouiſum, alioquin ſecus. t̄ demumq; tēdit ad idem, quod ſcribit Alex. conf. 71. vol. 2. de ſuitate, ſubſtitutione fideicommiſſaria, compendioſa & præteritione filiorū, qua locum habent in teſtamento iudæi; quia lege ſua de hiſ nil cautum reperitur. t̄ Caſus enim prætermiſſi diſpoſitioni iuris communis ſubiiciuntur. l. commodiſſimē. ff. de lib. & poſt. qua ſemper ad hoc allegatur, vt ibi Iaſ. ponit, & concordantem citat in l. ſi extraneus. ff. de condition. ob cauſam, & vt per eum dilatatur. Sicut enim neque leges, neque Senatuſconſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoque

contigerint, comprehendantur. I. neque leges ff. de legib. ita lex moſayca non potuit omnia præſumere. Nam, quod inquit ſcite Connanus in Commentar. ſuis libro. 1. capitu. 11. colum. 2. omnia, quæ quandoque contingunt, tanquã præſagire animo non poſſum; ſicut difficile eſt, & periculoſum cauere de ſingulis.

64 † Ad quintum reſpondetur ex allegato cõſ. Natræ 62 r. quo patet, hebreum poſſe teſtari coram duobus aut tribus teſtibus ſecundum legẽ ſuam. & ad legem ex imperfecto, C. de teſtam. concedo quod inquit Bero. quia tali caſu teſtamentum Iudej non erit inter Iudeos cõditum nec Imperator humanitate plenus voluit ſibi quicquam plus iuris arrogare quolibet priuato, vt ibi dicit. Nec Imperatorem hæreditatem vindicare poſſe. & in ſ. ſi. inſti. qui. mod. teſta. inſtr. ibi. Neque tabulas non legitimè factas, in quibus hæres inſtitutus erat, probaturum. Nihil enim Imperii tam proprium eſt, quàm legibus viuere, prout vtrobiq; cõcluditur. Hinc poeta Claudianus optimè ſcriptum reliquit de Principe loquens.

*In commune iubet ſi quid, cenſes ne tenendum  
Primus iuſſa ſibi, tunc obſeruantior equi  
Fit populus, nec ferre negat, quã viderit ipſum  
Cenſorem parere ſibi, componitur orbis  
Regis ad exemplum.*

Huius rei fatiſ amplum & omni memoria dignum teſtimonium dedit Zaleucus, non ille quidem Locrenſium Rex, ſed legiſlator, & qui apud eos Regis autoritate, & gratia valeret, cū filius, quem habebat vnicum, adulterii reus eſſet, ei que ex lege effodiendi eſſent oculi, penæ neceſſitate remittenti populo contradixit, vt tamen ſalua lege poſſet aliquid indulgeri filio, ſibi vnum, alterum filio oculum iuſſit erui. Sed & cum ſanxiſſet, capite, ſi quis armatus prædiſſet in concionem, puniri, & ſumptis armis ad propulſandum, quod imminabat ciuitati periculum, ſubito vocatus in concilium arma imprudens ſecum detuliſſet, accuſatus quòd contra legem feciſſet, omnes tamen eius imprudentiæ condonadum cenſerent, recuſauit, & quod legibus, niſi ſua morte ſatiſfacere non poterat, gladio, quo erat accinctus, pectus ſibi in cõſpectu totius populi tranſfixit. † Qui ſanè caſus ab eo rigorosè nimis deſiniti fuerunt. Nam quod ad illum filii pertinebat, clementer egerat populus ei penam remittens ob patris merita. Hinc apud Liuiũ prima Decad. lib. 2. Appius cum in vincula duceretur, maiorum merita in rempublicã collata cõmemorabat, vt penam deprecaretur. Nec alia deſunt eius rei præclara exẽpla, ac memoratu digna. Nã Berenice, aliis Pherenice dicta, cognomẽto Callipatera cū virũ habitu mētita Ludis mulieribus interdictis interfuiſſet, vbi Piſthodum filiũ coronatũ vidit, meritis tamẽ ſuorum abloluta eſt, cum aliàs ſecundum legem ex Typeo prærupto monte præcipitarentur, quæ id feciſſe eſſent depre-

henſæ, prout authores ſunt Pauſanias libr. 5. & Aelianus de varia hiſtoria li. 2. c. 7. Sed & Tacitus libr. 2. refert. Plautio Laterano mortẽ, quã ex ſceleribus meruerat, fuiſſe remiſſam ob patrii egregiũ meritũ. † Quinimmo piẽ quoque Zaleucus egreſſus, indulgens filio, ſicut Euripides dicebat, vehementem in liberos amoris affectum Deum hominibus dediſſe, & Antiphanes philoſophus dicere ſolebat. Cum quid in gratiam dilecti filii facio, hunc ad me fructum pertinere mihi peſuadeo. Vtq; Themiftius ſcribit. Amor liberorum cõlitus eſt naturæ alligatus. & planè ab aurea illa, intactaque catena pedit, quam natum perpetuò contextens, & obediens naſcentia cõiungens, ne in nihilũ relabatur ſibi cauet, dixi plenius in l. vt vim. n. 369. ff.

67 de iuſt. & iur. † Caſus quoq; Zaleuci proprius miſeratione dignus erat, cum iure compertum fit etiam delinquentibus, ſi qui d. vile pro republica egerint, in remunerationem impunitatẽ concedendam eſſe, multi ſquẽ præmiis potius condonandos eſſe. l. 2. ſ. poſtea cum Appius. ff. de orig. iu. l. nõ oẽs. ſ. ff. de re mil. que iura citat ad hoc Rom. in l. ſi verò. ſ. de viro. lim. 48. ff. ſol. ma. Ful. conf. 124. And. Sic. conf. 11. col. 2. conf. 26. col. pen. vol. 2. idque pariter exemplo comprobatur, poſito primo Regum c. 14. & i. c. ſi. 22. q. 2. nam Ionathas Eſau regis filius, cum contra ipſius Regis edictum fauum mellis ante ueſperum comediſſet, tamen quia illa ipſa die Philitheos deuicerat, ſalutemque in Iſrael fecerat, piis populi præcibus liberatus eſt à morte. Edicto Regis propoſita, dixi pariter abundè in l. ſi vnus. ſ. pactus ne peteret. num. 352. ff. de pact. ſed vt ad Zaleucum reuertar, ille ſeueritati legis indulgere, ne dicã ſeruare voluit. quod rei noſtræ conducit de lege ex imperfecto ſuperius memorata.

69 † Ad ſextum de l. final. C. de teſtamento dico, quòd illa lex condita fuit propter ruſticos, ut eius verba probant in principio, quæ dicunt. & ab antiquis legibus & à diuerſis retro Principibus ſemper ruſticitati conſulturn eſt, & in multis legum ſubtilitatibus ſtricta obſeruatio eis remiſſa eſt, cum enim ( ſubdit ) teſtamentorum ordinatio ſub certa diſſinitione legum inſtituta eſt, homines ruſtici, & quibus non eſt literarum peritia, quomodo poſſunt tantam legum ſubtilitatem custodire in vltimis ſuis voluntatibus? Ideo ad Dei humanitatem reſpicientes neceſſarium duximus per hanc legem eorum ſimplicitati ſubuenire. Loquitur ergo ſignanter Iuſtinianus ibi de ruſticis tantum. Et ideo dum ſubdit. Sancimus itaque in omnibus quidem ciuitatibus, & in Caſtris Urbis Romæ, vbi leges noſtræ manifeſtæ ſunt, & literarum viget ſcientia, omnia, que etiam libris noſtrorum digeſtorum ſeu inſtitutionum & imperialibus ſanctionibus noſtris que diſpoſitionibus in condendis teſtamentis cauta ſunt, obſeruari, nullamque ex præſenti

præſenti lege fieri inuouationem. Vult dicere, quòd ruſticis ſeruetur legũ ſolemnitas in condendis eorum teſtamentis, quãdo ſunt in vrbe Romana, ciuitatibus. & Caſtris, vbi eſt literarum peritia. ſicque declarat in ſpecie Petrus à bella Peritica. In illis vero locis ( ſubdit Imperator ) in quibus raro homines literati inueniuntur ruſticanis concedimus, & cætera, que ſequuntur. † Que cum ita ſint, patet illam legem iudeis non conuenire, qui ruſtici non ſunt, nec operas ruſticales exercent, meritò ad eos porrigi non debet, cum non ſoleat regulariter extenſio fieri de perſonis ad perſonas diuerſas, vt not. Innoc. in c. cum dilectus. col. 1. de capell. Monac. Gozad. conf. 26. n. 34. Rui. conf. 167. n. 10. vol. 3. Rol. à Val. conf. 94. n. 20. vol. 2. Ceph. abundè con. 2. nu. 22. & conf. 210. n. 49. Burſat. conf. 13. n. 17. Port. Imol. conf. 43. nu. 37. per l. ſi vnus. ſ. ante omnia, ff. de pact. & dixi conf. 42. nu. 123. & in aliis plerique locis.

71 † Ad ſeptimum, de conſuetudine notario- rum in condendis teſtamentis hebræorum Ferriarũ ſecundũ leges communes. Dico primũ eam negari poſſe, & in proceſſu non probari, vt debebat, ſecundũ Doct. in c. ſi. de conſue. Cor. conf. 174. n. 5. vol. 2. conf. 83. n. 13. vol. 4. Alex. conf. 87. vol. 7. Soc. iu. conf. 65. nu. 37. vol. 1. Paris. conf. 25. n. 18. vol. 1. D. meus Rim. conf. 307. nu. 16. Rol. à Val. conf. 53. nu. 31. vol. 2. quos allegauit conf. 51. nu. 25. & nunc addo Portium Immolens. conf. 145. nu. 20. Croc. conf. 131. nu. 51. & Alc. reſp. 486. nu. 13.

72 † Sed vltimus dico, non deſſe teſtamenta hebræorum per ſuos ſcribas ſecundum ritum eorũ facta. vnde cum variè ſeruati fuerint, non poſſent ſuper allegata conſuetudine fieri fundamentũ ſed ad ſeri ſcriptũ legis moſaycæ recurri debet, & ea ſeruari. Bar. in l. 2. in ſi. prin. ff. ſol. ma. Bal. in l. non ſolum, in ſi. ff. de iur. dot. Alex. conf. 57. col. 1. vol. 5. Dec. conf. 8. nu. 4. conf. 129. col. 2. Cra. conf. 96. col. 2. Port. Imol. conf. 106. n. 59. & Nat. conf. 575. nu. 27. quæ prohibet marito ſtantibus filijs vxorem inſtituere.

73 † Ad octauum fundamentum, concedo teſtandi libertatem eſſe iuris naturalis & gentiũ quod & Connanus docet in Commentar. ſuis. lib. 9. c. 1. col. 3. dicens, originem teſtamentorum fuiſſe iuriſgentium, cum vbi que gentiũ fit aliquis eorũ vſus, potiffimè verò nuncupatiui, quòd & primũ & antiquiſſimum fuit, & iam tum quidem quòd nondũ repertæ eſſent literæ, initio. n. homines ſignis, & ſcerto vocis ſono, poſtea ſermone, verbisq; diſtinctis ſignificantibus animi ſui ſenſa explicare didicerunt, ita cogente humanæ ſocietatis vſu, deinde quoque literas inuenerunt, neq; id ſtatim, ſed longo poſt homines natos interuallo, Aſſyrii, vt vult Plinius, aut ſi Gellio credimus, Mercurius apud Egyptios inuenit, à quibus ex Phœnicia Cadmus in Græciã eas inuexit, Pelagi poſtea à Latini. Vt dubiũ non ſit primas teſtamentorum conſtitutiones nõ

cupatione, id eſt, verbis & voce fuiſſe factas, quòd 74 latius proſequitur Connan. † ſed omiſſis quæ dicit, vt ad re redeam, dico nõ ideo iudẽ poſſe ſuã vxorẽ inſtituere ſtantibus filiis, cū ſic lege moſayca caueat, & facere non poſſit, quin illa ſibi locũ vindicet in eius teſtamento, prout de quolibet alio cõſtitutũ eſt. nemo pot. ff. de leg. 1. & ad l. 1. C. de ſacr. ſanc. eccl. in verbis. Liber ſit ſtilus. Dicas ordine iuris ſeruato, vt p. il. l. u. tex. notat alibi Bal. in c. 1. ſ. ad hæc, in ſin. de pac. iur. firmã. quẽ citat Iaſ. in d. l. 1. ſub n. 3. facit. ſ. diſponat. in auẽ. de nup. vbi dicitur. Diſponat vnufquifq; de ſuis bonis, vt dignũ eſt, & ſit lex eius voluntas. & tamẽ Accuſius id intelligit ſecundũ leges & bonos mores, qui certè repugnare vident caſui nõo, vbi Do. Samuel ad vniuerſalẽ ſucceſſionem vxorẽ vocauit, ex 75 cluſis ab ea filiis ſuis † & quod dicitur, libertatẽ de ſupremis iudiciis conſtringi non poſſe. l. ſi fratres. ſ. idem reſpõdit. ff. pro ſoc. procedit reſpectu ſocietatis, de qua loquitur, quæ poſt mortẽ non porrigitur, nã ſi ſecus eſſet, neceſſe foret, vt ſocius oſtenderet perſonam, in quã illo mortuo ſocius ſuus conſentiret, & ſic cõstringerẽ illũ heredẽ habere, quod non licet, vt ibi dicit, & declarat Soc. Iu. conf. 143. co. pe. vol. 1. At actus inſtitutionis debet eſſe liber, vt vnufquifq; modo non reprobat, vt hic, vxor inſtitui poſſit. 76 † Nec ille textus dixit libertatem poſtremi iudicii nõ licere reſtringere, ſed conſtringere, vt denotaret eã bene reſtringi poſſe ad inſtar libertatis matrimonii, quæ reſtringi pot. licet ſecus in totum tolli. l. cũ ita legatũ. ff. de cond. & dem. & magis in ſpecie probatur, quòd donatio omnium bonorũ valet cũ reſtringat ad præſentia tũ. l. ſi ita. ff. de aur. & argent. leg. l. ſi tibi mandauero. ſ. is cuius. ff. mand. l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de leg. 2. tradit Alex. Cag. & alii in l. ſi. C. de paci. ſicut & Butigella. i. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de uer. ob. & Port. Imol. conf. 36. n. 11. ſicque licet de illis teſtari nõ poſſit donator, de futuris bene teſtari poterit † ſicut et donari poſſunt omnia bona præſentia & futura, reſeruata certa quantitate vel re, puta ſcutis. 200. vel fructibus, cũ. n. de reſeruatis donas teſtari poſſit, libertas teſtandi nõ dicitur tolli ſed reſtringi tũ, ſed m. Caf. Alex. Iaſ. & alios locis memoratis. Ancha. & Imol. in rub. de teſt. Ang. cõf. 5. And. Ale. cõf. 29. 4. dub. cõf. 59. vol. 5. Iaſ. cõf. 5. col. 4. vol. 3. Viuius in ſuis cõm. opi. ver. don. oĩum bonorũ. lim. 3. & Emanuel Suarez. in theſauro recep. ſent. ſub litera. D. n. 184. poſt Boeri. deci. 204. Soc. iu. cõf. 65. n. 47. vo. 1. dicit quòd licet facultas teſtandi nõ videat libera, ſed reſtricta potius ad illã quantitatẽ vel re, tũ hoc nõ atredidit, & ſatis eſt quòd habeat donator aliquid, de quo liberẽ teſtet, eligendo hære dẽ, quem vult, vt declarat Bart. conf. 72. col. 2. 78 idemq; firmat ipſe Soc. iu. conf. 143. co. pe. vo. 1. poſt Dec. conf. 293. col. 3. vbi determinat, quòd donatio facta de oĩbus & ſingulis bonis, legatis quibusdã fratrib. teſtoris, ſi cõtingat ea legata

reuocare, valet & est seruanda, cum per eam nō auferatur libera testamenti factio, ex quo remanet facultas testandi de aliis bonis, & cum p̄dictis etiam concordat Gozad. conf. 87. Paris. conf. 71. col. 1. vol. 1. conf. 26. vol. 2. & Portius Imolens. in allegato conf. 36. nu. 12. cum simili  
 79 bus. † Demum quoque videmus, donationem omnium bonorum presentium & futurorum valere reseruato vsufructu: fructus enim futuri non includuntur, de quibus donans testari poterit, quicquid contra senserit Castr. in l. fi. nu. 10. C. de pact. dicens ita consuluisse, prout reperitur conf. 101. notandum est. in anti. aliis cō si. 75. nu. 8. vol. 2. in nouis. & confirmat Cor. cō si. 176. col. pe. vol. 2. Cur. Iun. conf. 25. conf. 120 col. 2. Neuz. in addi. ad Campegium conf. 11. inter consilia Bruni. Cur. Iu. in d. l. fi. n. 58. Purpur. nu. 252. Cagnol. nu. 240. Ripa. lib. 3. respō. ca. 14. n. 3. & Apostillator ad Alex. conf. 59. vo  
 80 lum. 5. Nam verē longē plures sunt in oppositum pro donationis valore. Et in primis (quod est mirum) Castrensis sibi contrarius & parum memor in hoc artic. in d. l. stipulatio hoc modo in fi. vbi concludit, q̄ si quis in donatione sibi reseruauerit vsum fructum, fructus percepti nō cadent in donatione, quia seruando vsum fructum uidetur seruasse fructus, qui ex eo percipiuntur, & de illis testari poterit, sequit Alex. & Ias. ibidem Abb. conf. 102. col. 2. par. 2. dicens sic omnes legistas tenere. in d. l. fi. Aret. con. 54 col. pe. Soc. conf. 126. col. fi. vol. 3. & in fallētiis suis regula, donatio omnium bonorum. fall. 3. Bertran. conf. 168. colum. 2. con. 173. colum. 2. conf. 175. col. 3. vol. 1. conf. 138. nume. 19. conf. fi. col. 2. vol. 2. Soc. Iu. conf. 143. colum. 3. vol. 1. Roland. à Val. conf. 65. colum. 1. volum. 1. Iacob. à S. Georg. in d. l. fina. nume. 39. Rui. conf. 51. col. fi. vol. 1. Neuz. sibi contrarius conf. 25. nu. 23. Didac. Couar. variat. resol. cap. 12. col. 2. Natta conf. 146. nu. 11. Menoch. conf. 92. nu. 43. Craue. conf. 222. post Ias. conf. 12. col. 3. volum. 2. & conf. 173. col. 6. volum. 4. Hieronym. Gabiel. conf. 137. nu. 35. & plenius. conf. 139. colum. 2. vbi dicit esse text. clarum, quo hæc opi. confirmatur, in l. 3. S. fina. ff. de legat. 3. ratio nemque subiungit vt per eum. & idem supponit Celsus. Vgo conf. 37. num. 9. quando referuatio vsufructus fuit simplex, secus si in vita, vt in discursu latius. Quare tandem patet, dictam legem si fratres. §. idem respondit. non obstare, cum de restrictione libertatis testandi non agat.  
 81 † Nec insuper repugnat tex. in l. pactum. C. de pact. vbi dicitur. Libertatem testamenti faciendi pacto mulieris auferri non posse, licet esset de parte bonorum, & sic restrictiuum tantum, vt per Roma. con. 171. quoniam procedit ille tex. quando pactum fuit interpositum per modum reuocabilem. Nam conuentum fuit, q̄ si pater vita fungeretur, ex æqua portione filia cum fratre patri suo hæres esset, ideo bene tali

casu libertas testandi dicitur non auferri: quia patre aliās testante tollitur illa institutio; futura filia pro parte tanquam sui natura reuocabilis per aliam institutionem postea factam. S. posteriori. inst. quib. mod. test. infr. at secus quando quis donauit inter viuos bona sua vel simpliciter, vel presentia & futura quibusdam reseruatis, vt supra dixi. nam modus fuit irrevocabilis. §. 1. inst. de dona. & ibi dixi, & donans desit esse Dominus donatorum & ad reseruata tantum libertas fuit restricta. † Præterea, in d. l. pactum. concurrebat votum captandę mortis, vt ibi notatur, per l. hæreditas. C. de pact. cō uen. & l. ex eo. C. de inut. stip. quod est reprobaturum secundum omnes in d. l. stipulatio hoc modo. quod cessat facta donatione inter viuos, maximē bonorum presentium & futurorū; donatarius enim desiderat donatorem viuere diutius, vt alia bona acquirat, quæ ad ipsum donatarium pertinebunt vigore donationis sibi factę, vnde non mirum si non valet illud pactum.  
 Ad vltimum verò de responso Alc. 123. cum supra responderim. n. 37. nō est opere precium repetere, cum ibi dicta sufficiant, & ex p̄dictis primum quæsitum remanet abundē disputatū, & pro veritate resolutum.  
 83 † Igitur ad secundum descendo, nunquid donatio facta D. Beneuenuæ coniugi per D. Samuelem substitit: postquam enim eam instituit subiunxit *quod casu quo vigore institutionis succedere non possit, iure donationis inter viuos ei donabat omnia bona sua.* Et prima consideratione dicendum videtur, talem donationem sibi proficere: quoniam secundum legem Mosaycā potest vxor marito succedere per viam donationis, licet per viam testamēti secus. vnde lex illa seruanda est inter ipsos hebreos, vt per Calder. con. 30. de testa. cum similibus adductis in 1. dubio, quibus addi possunt Alex. conf. 6. vol. 6. Gozad. conf. 24. nu. 10.  
 84 † Sed tamē contrariū verius est, & de iure tenendum. Licet. n. per legem mosaycam sit decimum, maritum posse donare vxori suę: quia tamē nec summam, nec modum specificauit, recurri debet ad ius cōe, velut in casu omisso fieri sepe consuevit l. cōmodisimē. ff. de lib. & pos. l. si cū dotem. ff. sol. mat. declarat Cald. con. 10. de cō sti. conf. 30. de testa. Cor. conf. 180. col. fi. vo. 2.  
 85 Ferrat. cau. 24. col. 2. cum sim. † sed in testamēto D. Samuelis dicitur, q̄ ille donauit D. Beneuenuę omnia bona sua, nec dicitur, nec apparet, q̄ fuerit p̄sens, immo p̄sumit q̄ absens fuerit, vt per Cast. Aret. & Ias. in l. Titia. S. pen. ff. de ver. ob. Gl. Iacob. de Are. Old. Alb. & Cas. in l. illud. C. de sac. san. eccl. Are. cōf. 17. col. 3. Cur. Iu. conf. 120. col. 2. Rui. cōf. 154. n. 11. vo. 5. Ruben. con. 132. qui cōem testatur. Dicunt. n. q̄ si mentio fit in instrumento de actū, qui non potest fieri nisi inter p̄sentes, puta de stipulatione, vel de promissione, quæ iuris interpretatione significat stipulationem, tūc p̄sumitur p̄s-

presentia. sicque procedit, quod notat Bartol. in dicto. S. pen. Gloss. & Doctor. in l. 1. C. de  
 86 contr. stipul. † Sed quando fit mentio de actū, qui potest fieri inter absentes, sicut inter p̄sentes, tunc non p̄sumitur p̄sentia. Et ideo dicunt, quod si in testamento dicatur, q̄ Titius donauit Sempronio, non p̄sumitur p̄sentia donatarii, nisi probetur, nec valet donatio, nisi constet de acceptatione facta per alium eius nomine, quia donatio est actus, qui fieri potest inter absentes sicut inter p̄sentes † Et  
 87 cū p̄dictis optimē cōcordat Cōnanus in cōmētar. suis lib. 5. cap. 9. col. 3. ubi dicit, cum in donatione traditio sit necessaria, oportet & eum cui tradit accipere, alioqui traditio facta dici non potest. Sic Cicero in Topi. negat Mancinum deditum fuisse hostibus, quod ab eis receptus non fuisset, quo in genere, inquit, etiā Mancini causa defendi potest, postliminio re diisse, deditum non esse, quoniam non sit receptus, nam neque deditioem, neque donationem sine acceptatione intelligi posse † postea subiungit Cōnanus. Ideo acceptationem requiri, ut perfectioni donationis, quæ ex traditio ne est, assensisse dicatur is cui donatur, sine cuius assensu rata non esset donatio: non potest enim liberalitas nolenti acquiri. l. hoc iure. ff. de don. Stante igitur quod donatio p̄dicta fuerit D. Beneuenuę absenti facta nemine pro ea recipiente, non ualuit nec fieri potuit eo modo, prout etiam concludit Natta conf. 351. col. 1. & conf. 457. num. 14. Immo nec D. Beneuenua potuit illam postea ratificare secū dum Rubeum in allegato conf. 132.  
 89 † Secundò corruit ex alio capite dicta donatio: quoniam longē pluries excedit. 500. aureos & tñ insinuata non fuit. l. pen. in fi. C. de dona. licet in testamento facta fuerit, ut per Castr. conf. 330. in prin. uolum. 1. Tiraquell. in lib. de legibus. cōnub. in uers. contracter. Gl. 3. nu. 95. idemque tenet Viuius in suis communibus. opi. uers. donatio inter viuos. in prin. & Emanuel Suarez. uers. donatio aureos quingētos. † Hoc amplius, etiam si diceretur in instrumento, tot fieri donationes quot summæ sunt quadringentorum aut quingentorum aureorum, ut tenet Specula. in tit. de dona. §. 1. uers. quid si aliquis. qui dicit talem cautelam esse communiter damnatam, cū talis clausula nihil operetur, uelut in fraudem legis posita, sequitur Bal. in l. illud. uers. sic. sextò quæritur. C. de sac. san. eccl. Bar. i. l. Modestinus. ff. de don. & Bald. post. Iac. de Are. in l. sancimus. §. si quis autem. C. de dona. ubi dicit, quod ita communiter tenetur, Castr. in l. scire debemus. in fi. ff. de uer. oblig. Roma. conf. 26. ubi dicit, quod est cōmunis opi. & idem conf. 305. Vbi quoque Mandos. Romanus in addi. concordantes allegat. & inter eos Ferrarium cautela. 33. quibus accedit Antoni. Gomef. in tit. de contract. cap. 4. num. 6. & Iulius Clarus tit. de donati. q. 17.

91 ad finem. † Sed & ampliatur, si facta fuerit sub conditione non respiciente commodum donatoris, ad huc enim requirit insinuationē secū dum Gl. & Doct. in l. sancimus, in prin. C. don. Soc. Rip. Dec. & Niger in l. 1. ff. si cer. pet. Alciat. in l. is potest. col. 4. ff. de acquir. hę red. & post eum Maranta num. 233. cum simili bus, per Hiero. Gabriel. conf. 158. col. 3. latius  
 92 declarantem, qui concludit, mortuo donatore talem insinuationem fieri non posse, quod latē probat Corn. conf. 71. uol. 2. & conf. 99. n. 7. uol. 4. Are. cōf. 123. 2. dub. quos nō allegat, sed ratione confirmat Gabriellus: lex enim fingit abesse consensum donantis, donec insinuatō superueniat, ut declarat Bal. in d. l. sancimus in prin. num. 7. Bar. in l. ut mihi donares. ff. de dona. Soc. conf. 77. col. 5. vol. 1. meritò si mortur ea non insinuata, censetur mori in ea uolūtate conformi iuri communi, quod donatio nulla sit & censeatur pro non scripta, quatenus summam quingentorum aureorum transcedit  
 93 † Et idem concludit insuper Cur. iun. conf. 224. num. 9. ubi fortius tenet post Anto. de Cānaro in tract. insinuation. q. 29. quod donatio talis facta per defunctum non possit insinuari per hæredem, multo minus ergo per donatarium.  
 Tertiò peccat in alio dicta donatio. Nam D. Samuel p̄misit clausulam codicillare, per quam ordinauit, si testamentum suum iure testamenti non ualeret, saltem ualeret iure codicillorum, uel legati, siue donationis causa mortis, aut epitola, uel cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis. postea uerò instituta D. Beneuenua dixit, quod ubi de iure succedere non posset per uiam institutionis, donat ei titulo irrevocabili donationis inter uiuos, quod secundum ex diametro repugnat ordinationi p̄cedenti donationis causa mortis † igitur succedit tex. in l. ubi repugnantia. ff. de reg. iud. dicens, quod ubi repugnantia inter se in testamento inueniretur, neutrum, ratum est, & in l. si Titius. & ibi not. omnes. ff. de cond. insti. vn de cautum fuit, quod allegans contraria non auditur. l. 1. C. de furt. adeo quod ubi contrarietas, subest, ibi non cadit excusatio nec simplicitas, & ideo nec rusticus excusatur. ut not.  
 95 Bal. in l. scriptura. C. de fide. instr. col. fin. † & remota nullitate uel exceptione non censetur remota nullitas uel exceptio, quæ habet in se cōtrarietatem, ut not. Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. col. 19. uers. ulterius iuxta p̄dicta. ff. de pact. & plenius insisit Decius in d. l. ubi repugnantia, quo loco pariter inquit Cagnol. quod repugnantia siue contra se inuicem elidunt sibi que fidem derogant, nec in eodem subiecto stare possunt, sed mutuò se expellunt, ut Philoso. Methaphi. 10. in p̄dicamentis, siue fuerint contraria priuatiuè, siue positiuè, sicut calidum non stat cum frigido, nec album cum nigro, nec tenebrę cum lumine. Vnde

de quia boni mali contrarii sunt, mali illos in festant & persequuntur capit. qui secundum. 96 23. q. 4. † Et de materia contrariorum tradit etiam Ias. in l. si Rufinus. C. de testa. mil. Soc. conf. 27. uol. 4. Nauiza. conf. 66. num. 5. 1. Nat. conf. 120. nu. 4. adeoque potens est contrarietas, ut nedum uiciter circa substantialia, quod uoluit Alex. conf. 53. in fin. uol. 1. sed etiam circa accidentia, ut dicit Aret. conf. 71. Bal. in rub. de contro. inuest. & Alciat. respon. 145. nume. 7. declarans Alexandrum debere intelligi in aliquibus penitus extraneis, alioquin si sic simpliciter intelligeretur, testes Susannæ non fuissent falsi, quorum unus dicebat, fuisse stupratam sub Schino arbore, alter sub Pinu, & tamen iste arbore non faciebant ad substantiã rei. Remanet igitur ex predictis, ut D. Beneuenti niti non possit hac donatione supra quingentos aureos collata, sicque secundum quaesitum absolutum.

97 † Superest ut ad tertium accedamus. Circa quod primò dicendum uidetur, quòd terminus aliquis non sit concedendus Do. Isaac pro testibus examinandis apud Turcas in ciuitate Sallionichi: quoniam proponitur, hanc causam licet ciuilem, esse multum grauem, uelur importantia scutorum quadraginta milium. Quo stante, dixit Castren. in l. iudices. C. de fid. inst. quòd iudex non debet committere audientiam testium, sed eos ad se uocare, quod & sensit Abb. in c. si qui testium. col. 1. de testi. ubi uolens exemplificare causam, in qua testis uenire debet ad praesentiam iudicis, exemplificat in criminali uel ciuili ardua. signum quòd in ea remissoria concedi nequaquam debet. Vnde Capitiu. decif. 90. loquens in causa similis quantitatis, ut est praesens, concludit, uotatum fuisse, quòd omnes testes, praeter senes & infirmos aut aliter iuste impeditos, uenirent Neapolim, ubi causa agitabatur.

98 † Secundò confirmare uidetur hanc conclusionem tex. in §. illud, in auct. ut defun. seu funera. Vbi dicitur. Multo melius atque perfectius esse, coram ipsis iudicibus causam agi testibus exhibitis, ut terri possint & cogi ferre testimonium, prout exponit Glo. quam si talia delegentur aliis, ergo negare uidetur imperatori remissionem posse fieri pro testibus examinandis. Tertio, positò quòd aliàs concedi deberet, ad locum tamen peritum deneganda uidetur ut Turcarum infidelium, cum tex. in d. l. iudices. de locis oportunis loquatur, hoc est congruis, qualis iste non uidetur.

99 † Quarto, cum locus petitus Sallionichi sit ultra matre, & ob id terminus esse deberet nouem mensium. l. 1. C. de dilati. non uidetur aliquo modo concedendus. Nam statutum de tempor. caus. ciuil. seruatis his, de quibus in eo, praesigat iudici terminum 40. dierum utilium ad ferendam sententiã diffinitiuã. Vnde cum metapræstatur iurisdictioni, non potest prorogari

per talem dilationem nouem mensium, quæ illam excederet, ut uoluit Innoc. in c. de causis, de offi. deleg. quem sequitur Bal. l. si c. ipse. ff. de excus. tut. quando pars contradicit, prout hic aduersarij D. Isaac aperte contradicunt. 100 † His tamen non attentis in contrariam sententiam descendo, pro qua sufficiat illud adducere, quòd probationum facultas angustari non debet. l. quoniam, in fin. & ibi Glo. & Dec. C. de hæret. Franci. Marci. decif. 688. in fi. primæ partis. Alba. conf. 15. nu. 5. Plus addens, quod regulariter reprobatum pactum, statutum, iuramentum, consuetudo si tendunt ad restringendam facultatem probationum, ut not. doctores in c. 2. de pub. immo uerò Iusti. l. generaliter. C. de reb. cred. dicit, probationibus pinguius subuenientes. Vnde patet remissoria concedenda esse D. Isaac ad locum peritum pro testibus examinandis, cum potissimè deducta in oppositum non urgeant, ut ex infra dicendis apparebit.

101 † Nam quod attinet ad primum, quòd inquit Castren. in d. l. iudices. ipsemet limitat, illud dictum non procedere, quando necessitas urgeret: quia testes non essent de iurisdictione iudicis, & sic non possit eos compellere coram se uenire: tunc enim ne ueritas occultetur uel pereat, debet concedi remissoria, licet causa ciuilis sit ardua, prout ipse concludit post Nicol. de Mar. & Baldum. Idemque pulcrè tenet Lap. allegatione 45. incip. an in causa matrimoniali, concludens post Speculatorem in locis per eum citatis, quod iudex ordinarius indifferet, & sic licet causa ciuilis sit ardua, possit committere testes examinandos alibi, si proponantur esse de alia ciuitate & haberi non posse, ne pereat probandi facultas & ueritas uel iustitia sine culpa partis, & maxime in causa matrimoniali, de qua pariter hic tractatur in probando, quòd D. Isaac natus fuit ex D. Samuele & alia eius uxore in ea ciuitate Sallionichi, & illa decisionem I. api multis exornat auctoritatibus Oratiu. Mandosius in addi. ad eum, potissimè uerò Decii. in c. quoniam. num. 4. de testi.

102 & in c. 1. col. fi. de app. † quibus addo. Socium iuni. conf. 60. uol. 2. loquentem in causa falsi, & sic criminali, quòd est fortius, quæ Bononia tractabatur & petebatur remissio pro testibus examinandis Mediolani ac Venetiis & in aliis locis non subiectis iurisdictioni Bononiensium: dicit enim concedendam esse fauore inueniendæ ueritatis, & ne ipsa subtractis probationibus celetur, & obruatur, quòd esset contra c. error. 83. distinc. & cõtra c. quisquis. cum sequen. 1. 1. q. 3. Immo contra Saluatorem nostrum qui dixit. Ego sum ueritas & uita. Io. 14. nam ex defectu probationum ipse celaretur. Cum tamen ueritas semper iuuanda sit, nec probationibus restringi debeat. ut inquit Innoc. in c. quod ad consultationem. col. 2. de re iud. refert & sequitur Bal. in sua Margarita uerbo ueritas

ueritas quare si in causa criminali uult Soc. literas dimissorias esse concedendas, ut latius ibi prosequitur, & idem tenet Alberic. de Maletis in tract. col. fin. quando testes haberi non possunt, ut pariter loquitur Soc. iunior, multo magis in ciuilibus concedende sunt: & ultra predictos idem tenet Petrus Rebuffus in tract. de literis requisitoriis nu. 29. ubi dicit, quòd iudex unius iurisdictionis potest committere alteri re ceptionem & examinationem testium, ut litis sumptus euentur, & tã in magnis causis quàm in paruis: quia ubique est eadem ratio, citat Bonifac. de vital. in clement. pastoralis. uersic.

103 nos. de re iu. † Nec Capitius in casu nostro contradicit, sed potius concordat, quatenus allegans Abbate in c. cum causam, col. fin. de testibus. inquit quòd si testes sunt in alia prouincia non sunt inuiti euocandi, sentit ergo remissoria ad eorum locum concedendam esse, cum uerisimiliter illi non recederent a loco suo, ut ad ualde remotum iudicium se transferret, ut in casu nostro in ciuitate Sallionichi ad urbem nostram Ferraria.

104 † Ad tex. uerò in §. illud, in auct. ut defun. seu fun. secundo loco citatum respondet Cyn. in d. l. iudices, post Gl. quòd licet ille textus dicat, testes examinari coram iudice, non tamè negat, quin etiam possit committere examinationem, & ad illum tex. in uers. locis oportunis, ego intelligo de necessariis à uerbo oportet, quod necessitate importat. l. 1. c. ubi not.

105 ff. de iust. & iu. † Præterea considerandum est, quòd doctores, qui dant hanc practicam commissionis literarum examinis ibi, cum auct. sequenti. & in §. & quoniam in auct. de testi. non distinguunt inter unum locum & alium, sicut nec Imperator. in l. 1. C. de dilati. ergo committi debent ad quæcunque locum necessarium, in quo morantur testes examinandi. arg. l. de praecio. ff. de publi. in re. acti. & huic interpretationi famulatur optimè statutum nostrum. Si testes uel instrumenta &c. quod uult, concedendum esse dilationem ad partes, ubi quis sibi necessarium esse putauerit. Igitur etiã apud Turcas ubi sint testes sibi necessarii.

106 † Tertio confirmatur. Nam ualet argumentum de personis ad locum. l. 1. §. filius. cum l. 2. ff. ne quis eũ. & ibi Doct. plenius Euerard. in locis legalibus. capi. 37. sed quælibet personæ possunt examinari non prohibita. l. 1. ff. de testib. Speculat. de accusat. in princ. ergo & in quocunque loco non prohibito, qualis iste non reperitur. † Quarto, quando lex continet actus iam concessi extensionem non recipit restrictionem de habilitate. Bartol. & Doct. in l. 1. §. aunciatio. per illum tex. ff. de oper. nou. nunci. sed lex. 1. C. de dilati. est talis: extendit enim examen testium loci iudicii fieri posse ad alia loca, ergo ad quæcunque fieri contingat.

108 † Ad quartum uerò, quòd id negat, quando dilatio metam iurisdictioni praesixam exce-

dat, dico, quòd in contrarium stat crebrior doctorum sententia. Dynus enim Cynus & Bar. in d. l. si cum ipse, uolunt, quòd si statutum ciuitatis dicat, quòd omnis causa infra tres menses decidatur, & aduersarius causa producendorum testium, qui sunt in longinquis partibus, dilationem petat, quæ ultra tres menses porrigatur, nihilominus non obstante statuto debent audiri, & post tres menses examinatis testibus postea de causa poterit cognosci, sequitur Alberic. in d. l. 1. C. de dilati. post Lamberti. de Rampo. Abb. in c. penul. num. 10. de iudi. in addi. Sed ego dubito. Alex. conf. 71. post prin. uol. 5. pract. Papi. in forma productionis instrumentorum. uersic. in termino. Abb. cõf. 64. uidetur primò, secunda par. & Ias. in l. 109 properandum. nu. 26. limit. 5. C. de iud. † & licet dicti doctores loquantur, quando terminus erat praesixus instanti, tamen eorum rationes conueniunt etiam, quando iurisdictioni, uel iudici praesixus fuerit, dum dicunt, quod lex properandum. cum ibi notatis, debet intelligi, si infra illud tempus actus expediri possit, alioquin etiam post explicari potest. l. 1. fin. C. de adult. & quia lex non debet esse imposita super impossibili. c. crit autem lex. 4. distin. quem rationes adducit Abb. in dicto cõf. 74. Item quia, nec partibus, nec iudici quicquam potest imputari, si causa infra terminum praesixum non expeditur: quia terminus debet recipere interpretationem à iure, scilicet, si causa infra illud potest expediri, ut idem declarat Abb. in c. pen. & sequitur Ias. in d. l. properandum.

110 † Quibus rationibus ita stantibus doctorum decisio locum habere debet etiam quando tempus iudici siue iurisdictioni praesixum est. Nam tali casu non dicitur extensio sed potius comprehensio. l. nominis & rei. C. de uerbo ex legibus. ff. de uer. si. l. his folis. §. de reuoc. don. ibi. Satis etiam tacitè cautum putamus. quem tex. ad hoc propositum dicit meliorem de iure Bal. in rubr. C. de nau. scen. Glo. in c. 1. de temp. ord. libr. 6. Craue. conf. 118. nu. 15. cum similibus à me cumulatis de uer. rationis conf. 10. num. 12. conf. 50. num. 36. conf. 62. num. 33. & consil. 67. num. 17. cum sequenti. quæ uelut sepius posita repetenda non censeo necessarium fore.

Et ex predictis remanet absoluta tria quaesita superius proposita, praesensque consilium, quòd licet aliàs in lucem uenerit aliis diuersorum comixtum uol. primo ultimarum uoluntatum, quòd memoriæ non habebam, tamen superuacaneum non fuit hoc edere longè prior locupletatum, sic ut aliud iure merito dici possit.

Hippoly. Rim. Ferrar.

Pro Domina Iacoba Nigrina.

ARGUMENTVM.

Quibus ex causis testes non probetur.

SVMMARIVM.

- 1 Testis deponens nomine Titij quid ad Caium detulisse nunquid probet.  
*Tract. Papiensis quod sic si ea arte vivit. Limitaturq. doctrina Bartoli in l. de ferre ff. de iur. fisci 2.*  
*Sed auctor de primo contra 11. Et de secundo. 12.*
- 2 Testes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter haberi non potest.  
*Si actu & habitu alijs non potuerunt verisimiliter interuenire. 18.*  
*Alias secus.*
- 3 Velsi testes patiuntur plures defectus. 15. 19.
- 4 Testis de auditu non probat.  
*Et ita demum si a pluribus audiuit. 5.*  
*Non ab uno tantum.*
- 5 Testis tractans de se exonerando.  
*Et in causa propria dicitur deponere.*
- 6 Testis singularis non probat.  
*Nec confessus peccata. 8.*
- 7 Testes contrarij non probant.
- 8 Ratio eadem ubi militat, debet habere locum eadem dispositio.  
*Nec curandum est de diuersitate casuum modo uersetur eadem ratio. 13.*  
*Eaque debet attendi uelut lex communis ad omnes casus. 14.*
- 9 Accusatus admittitur ad reaccusandum nisi plures defectus patiatur.
- 10 Testis anihillatur propter plures defectus quo: patitur.
- 11 Testis quando contrarij est, standum est depositio ni sua facta in tortura.  
*Secus si plura obstant.*
- 12 Socio criminis ubi standum est, intelligitur de alias non infame ex alio delicto.
- 13 Testis inhabilis admittitur ubi veritas aliter haberi non potest quoad qualem qualem non autem plenam probationem.  
*Qualis qualis probatio minus est semiplena. 23.*  
*Et ita demum si fuerit articulatum & probatum, alias probationes deficere. 24.*
- 14 Obligatur re quis in deposito.
- 15 Locupletiores quem fuisse factum probari debet quando actu est nullus.  
*Nec sufficit id dicere. 27.*  
*Sed species locupletationis probari debet. 28.*
- 16 Opinio posterior uidetur approbata. 30.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXX.



**A**gitur contra dominam Iacobam Nigrinam depositi ad tria Modia frumenti, inter quæ unum dicitur fuisse redactum ad farina: item ad staria quatuor Melicæ & duo fasselorum, & examinati sunt contra eam quinque testes: circa quos duo uidentur sunt; primum, an probent, secundò, posito quæ sic, an ei noceant.

1. Circa primum uideretur forte dicendum, quòd sic, per decisionem Pract. Papien. in forma oppo. contra testes post publicat. uersi. in facto. col. 2. ubi propriè dicit, quòd si portator grani detulit domum tuam ex parte mea certam quantitatem grani tibi uenditi, tu uerò recusando pretium soluere, dicit, quòd non recepisti dictum granum, ego possum inducere in testes eos, qui tibi in domum tuam illud granum portarunt, & si sunt tales personæ, quæ uiuant huiusmodi arte portaturæ, certè admitti debent, & plenam fidem faciunt. Sed hoc est ad scopum in casu nostro, ubi quatuor testes sunt Nautæ à Portu sancti Pauli, quintus uerò molendinarius, & sic qui uiuunt tali arte portandi, & macinandi, ergo &c. † & illam decisionem Prat. Pap. cõmendat Curtius pariter Papiensis in tracta. de testib. num. 81. Dicens per eam pulchrè limitari doctrinam Bar. in l. de ferre. ff. de iur. fisc. uolentem, testes tractantes de se exonerando non probare, quales sunt deponentes se alteri dedisse, uel ad eum quicquam detulisse de commissione Titij, qui sic deponunt, ut se liberet ab eo, cum alioquin ei tenerentur, & ob id uelut in causa propria dicuntur deponere, hoc enim procedit, inquit Pract. Papien. quando tales non erant ad illud officium deputati, nec consueti, sed casu quodam fuerunt electi, uel deputati. At secus quando consueuerant illud officium exercere dandi uel deferendi rem ad alium, & ad id fuerunt deputati tunc enim bene probant idemque pari modo sequitur Egid. Boss. in tit. de opposi. contra testes nu. 57. dicens, quòd doctores collegij sui semper habent in ore illam decisionem.

3. Secundò facit: quia deportunt de consignatione facta dictæ Domine Iacobæ in eius domo, ergo quia ueritas aliter non uidetur haberi posse, tanto magis admitti debent, licet forte aliàs essent inhabiles. Iuxta not. in l. consensu. C. de repud. in c. 3. loco de probat. per Cano. Marf. conf. 127. num. 12.

Istis tamen non obstantibus totum contrarium de iure dicendum est, considerando unum quemque testem: Nam circa primum dico, quòd

quòd ipse non fuit præsens assertæ consignationi factæ dictæ Domine Iacobæ, quia (ut ipse dicit) non introiuit eius domum, sed stetit in nauis ad auxiliandum imponendo super humeris socio suo sachos, à quo dicit audiuisse de dicta consignatione facta Domine Iacobæ, † ergo non probat, cum de auditu loquatur. l. testiũ, & ibi not. C. de test. l. folam. eo. tit. Idque tanto magis cum de auditu ab uno tantum loquatur. † Nam ita de unum testis de auditu admittitur, si à pluribus saltem duobus dicat audiuisse non ab uno tantum, ut est tex. in c. licet ex quadam. & ibi not. Butr. Abb. & alii de testib. Aretinus in conf. 73. num. 2. Cur. iun. qui dicit esse communem in l. 1. nu. 59. ff. si cer. pet. & conf. 17. col. 1. Natta consil. 170. nu. 5. ubi dicunt, quòd saltem debet testes nominare duos à quibus dici audiuerint, ut uideatur, an dictum suum habebat auctores fide dignos nec ne Grat. respon. 27. n. 14. 2. uol.

6. † Secundò repellit debet ex alio, & omni fide de carere, quia tractat de se exonerando, ut trad. Bart. in l. de ferre. ff. de iur. fisc. Abb. in c. insuper, nu. 8. de test. Cuman. in consil. 68. in princ. Alex. consil. 43. 2. uol. Guid. Pap. consil. 74. col. fin. 2. uol. Deci. consil. 14. in princ. 133. col. 2. consil. 156. nu. 7. Marf. consil. 2. num. 45. Paris. consil. 15. nu. 29. 2. uol. Crau. conf. 99. nu. 2. consil. 112. num. 10. dicens quòd tali casu testis dicitur deponere in causa propria ex hoc solum, quòd tractat de se exonerando, nisi enim deponeret de dicta consignatione teneretur ex mandato magistro Benedicto Galuano. Quod ergo dicit, facit, ut se liberet ab eo, ergo non creditur sibi: quia de suo interesse agit.

Venio nunc ad secundum testem, qui pari modo deponit de dicta consignatione huiusmodi frumenti per ipsum facta domine Iacobæ, sed & ipse tractat de se exonerando.

7. item singularis est, ergo non probat. c. bona r. de elect. Dec. in d. consilio 33. col. 2. Tertio deponit de pluribus mulieribus existentibus in porticu respondentibus, quòd illic poneret frumentum, quibus illud consignauit, inter quas erat Domina Iacoba, non enim aperit, an ei tantum, an aliis, & non ei, an uerò omnibus consignauerit, ergo contra producentem est interpretandus, & sic quòd non ei consignauerit. c. in presentia, de proba. † Quarto dicit, nõ fuisse confessum peccata sua, nec eucharistiam sumpsisse, ergo repellit debet, aut de fide dimittit, iuxta not. in c. testimonium. de test. Qui enim Deo infidelis est, nec hominibus fidelis esse præsumitur, Abb. in c. pen. de testib. Grammat. consil. 38. num. 6. qui quod in contrarium pingat Soc. iun. consil. 42. col. penul. & fin. uol. 2. qui à remotis scribit, & alia concurrebant in casu suo, quæ hic cessant.

9. † Transeo modo ad tertium & quartum testes, qui deponunt de consignatione facta domine Iacobæ ex parte dicti magistri Bene-

dicti modiorum duorum frumenti, & aliorum bladorum, de quibus supra, sed & ipsi tractant de se exonerando: Secundò primus eorum dicit, sachos fuisse positos unum super alio, exceptis fasselis, quos uacuauit in banco, iubente dicta domina Iacoba. Alter uerò dicit, tam frumentum, quam cætera blada, seu legumina fuisse reposita in eisdem sachis (uno sopra l'altro senza uodarli) † & sic contrariantur, & tamen unus uocat alium in contestem, & præsentem, ergo neuter probat. iuxta not. in c. cõru. ubi Fel. col. 2. num. 4. de test.

Supereft ultimus deponens de uno modio frumenti habito in dicta domo per eum macinato, & post modum consignato domine Iacobæ ex parte dicti magistri Benedicti, sed & singularis est, & se exonerat. Vnde patet ex istis testibus, non esse fundatam intentionem agētis, & dominam Iacobam absoluendam esse, iuxta l. qui accusare. C. de eden.

11. † Non obstat decisio prædicti Pap. Quia in ueritate est contra decisionem Bartol. in d. l. de ferre. & sequaces supra citatos indistinctè loquētes, siue persona uiuat illa arte, siue casu electa sit, & in specie Marf. in d. consil. 2. nu. 44. loquitur in molendinario, qui macinauit, & tamen concludit non probare, quia tractat de se exonerando, & Dec. in dicto consil. 94. loquitur in salariato à communi, & sic deputato ad officium soluendi, & tamen concludit ut fu

12. pra. † Quinimò militat eadem ratio exonerationis utroque casu, sic enim præsumitur deponere, siue deputatus, siue non, ad id ut se liberet à committēte, cum alioquin ei remaneret obligatus: unde cum militet utroque casu eadem ratio, debet habere locum eadem dispositio. l. à Titio. ff. de uerb. obligat. l. illud. ff. ad l. aquil. l. si. C. ad l. falc. Angel. de Perus. in tract. de test. nu. 27. † non enim curandum est de casuum diuersitate, dummodo in omnibus casibus sit eadem ratio, glo. in l. sed & si lege. §. ite

14. si rem distaxerit. ff. de pet. hære. † Ratio enim ipsa debet attendi, quæ dicitur communis lex ad omnes casus. c. consuetudo. 1. distin. Cald. consil. 1. ut lit. pend. Craue. consil. 190. uers. 2.

15. † Secundò fortè illa decisio procederet, quando ultra dictam exonerationem testes non paterentur alium defectum, aliàs secus, ut in istis, qui & singulares sunt, & de auditu loquuntur & ab uno, & alia patiuntur, de quibus supra.

16. † Probo ex his, quæ in simili trad. Maria. in c. 1. de mut. petit. n. 67. in fi. ubi dicit, quòd in casibus in quibus accusatus admittitur ad reaccusandum suum accusatorem, quod est quando suam, uel suorum iniuriam prosequitur, uel quado de maiori crimine reaccusat, ut per eum ibi, ita demum admittitur, si modo non subit alia causa impeditiua, quam insitutio accusationis motæ contra eum, aliàs secus, si fortè ex alia causa esset accusator illegitimus, puta quia esset inimicus, mulier, frater, uel foror,